¶ Et ad illius exemplũ deſcribã circulũ orbis reuolutionis lune: ſupra quem ſint. a. b. g. et locus in quo fuit luna in tempore medio eclypſis pꝛime ſit punctum. a. et locus in quo fuit luna in tempore medio eclypſis ſecunde ſit punctum. b. et locus in quo fuit luna in tempore medio eclypſis tertie ſit punctum. g. ⁊ imaginemur localem motum lune in orbe reuoluente a puncto. b. ad punctum. a. ⁊ a puncto. a. ad punctũ. g. erit ergo arcus. a. g. b. quem ſecat luna ab eclypſi pꝛima vſq3 ad eclypſim ſecundã: qui eſt. 306. partes ⁊. 25. minuta: addens ſupra curſum mediũ tres partes ⁊. 24. minuta. ⁊ erit arcus. b. a. g. quem ſecat luna ab eclypſi ſecũda vſq3 ad eclypſim tertiam: qui eſt. 150. partes ⁊. 26. minuta: minuens a curſu medio. 37. minuta. pꝛopter hoc ergo erit tranſitus quem pertranſit luna a puncto. b. ad punctum. a. qui eſt. 53. partes ⁊. 35. minuta: minuens ex motu medio. 3. partes ⁊. 24. mi. ⁊ trãſitus quem pertranſit luna a puncto. a. ad punctum. g. qui eſt. 96. partes ⁊. 51. minuta: erit addens ſupra curſum medium duas partes ⁊. 47. minuta. Et manifeſtum eſt qꝛ non poteſt eſſe vt ſit longitudo pꝛopinquioꝛ: que eſt orbis reuoluentis in arcu. b. a. g. qm̃ ipſe eſt iminutus et minoꝛ medietate circuli. ⁊ motus maioꝛ nõ erit niſi in loco longitudinis ꝓpinquioris. Et quia longitudo pꝛopinquioꝛ eſt neceſſario ſuper arcum. g. e. b. tunc ſumatur centrum orbis ſignoꝛ ⁊ centrum orbis qui reuoluit centrum orbis reuolutionis punctum. d. ⁊ pꝛotrahamus ab eo tres lineas ad pũcta eclypſium triũ. ſupra quas ſint. d. a. ⁊. d. e. b. ⁊. d. g. Et dico ſermonẽ cõmunẽ: vt cũ voluerimus conuertere demonſtrationes ſimiles in hoc capitulo: ſit illud nobis leuius ſi voluerimus declarare illud qõ demonſtrare volumus ſm modũ orbis reuoluentis: quẽadmodum volumus nunc. Et ſi voluerimus declarare illud ſm modum orbis centri egredientis: erit centrum tunc punctum. d. ⁊ erit deintus. ⁊ pꝛotrahamus vnam linearum trium vſq





ad arcum qui ei opponitur:ſicut protraximus lineam.d.e.b.ad punctum.e. deinde ad punctum.b.quod eſt eclypſis ſecũde.⁊ ab vno duorum punctorum reliquor: que ſunt duarum eclypſium aliarum:ad aliud protrabam lineam ſicut protrahimus hic lineam.a.g.⁊ producam a loco ſectionis:qui eſt punctum.e.duas lineas ad puncta duo reliqua ſcz quẽadmodũ protrahimus hic duas lineas.e.a.⁊.e.g.⁊ protraham etiam ab eodẽ ad duas lineas q̃ producunt a duobus punctis reliquis ad centrũ ſignor duas perpendiculares:ſicut protraximus hic ad lineam.a.d.perpẽdicularem.e.r.⁊ ad lineam.d.g.perpendicularem.e.b.⁊ etiam protrabã ab vno duorum punctor que predixirimus perpendicularẽ ad lineam.a.e.ſicut produximus hic lineam.g.t. Nos ergo quia accepimus propoztiones in eis que poſuimus in hac forma:inueniemus pportiones cum numeris huius demonſtrationis vnas.⁊ remanſit eligere planiozes tiñ quibus operemur.Et quia iam declaratum eſt nobis:q̃ arcus.a.b.pertrãſit ex ozbe ſignor tres partes ⁊.24.minuta:erit angulus.b.d.a.qui eſt apud centrum ozbis ſignor tres partes ⁊.24.minuta fere:ſm quãtitatem qua erunt quatuor anguli recti.360.partes.⁊ ſm quãtitatẽ qua erũt duo anguli recti.360.ptes:erit angulus.b.d.a.ſex partes et.48.minuta. Quapropter erit arcus qui eſt ſupra chordam.e.r.ſex partes ⁊.48.minuta:ſm quantitatem qua erit circulus otinens triangulum.d.e.r.ozogoniũ.360.partes.⁊ erit chorda.e.r.ſeptem partes ⁊.7.minuta:ſm quantitatem qua erit diameter.d.e.120.partes.Et ſimiliter quia arcus.b a.eſt.53.partes.⁊.35.minuta:erit angulus.b.e.a.qui eſt apud arcũ.53.partes et.35. minuta:ſm quantitatẽ qua erũt duo anguli recti.360.ptes.⁊ cũ hoc fuit angulus.b.d a.ſex partes ⁊.48.minuta.angulus ergo.e.a.d.reliquus erit.46.partes.⁊.47.minuta.quapropter erit arcus qui eſt ſuper chordam.e.r.46.partes ⁊.47.minuta:ſm quantitatem qua erit circulus continens triangulum.a.e.r.ozogonium.360.partes.⁊ chorda.e.r.erit.47.partes et 38.minuta ⁊.30.ſecunda:ſm quantitatẽ qua erit diameter.e.a.120.partes.ergo ſm quantitatẽ qua erit chorda.e.r.ſeptem partes ⁊.7.minuta:⁊ iam oſtenſum eſt q̃.d.e.eſt.120.partes:erit chorda.a.e.17.partes ⁊.55.minuta ⁊.32.ſecunda.¶ Et etiam q̃ arcus.b.a.g.pertranſit ex ozbe ſignor.37.minuta.erit angulus.b.d.g.qui eſt apud centrum ozbis ſignozum 37.minuta:ſm quantitatem qua erunt quatuor anguli recti.360.partes.⁊ ſm quantitatem qua erunt duo anguli recti.360.partes:erit angulus.b.d.g.pars ⁊.14.minuta.Quapropter erit arcus qui eſt ſuper lineam.e.b.pars ⁊.14.minuta.⁊ linea.e.b.pars ⁊.17.minuta ⁊.30. ſecunda:ſm quãtitatem qua erit diameter.d.e.120.partes.Et ſimiliter quia arcus.b.a.g.eſt 150.partes ⁊.26.minuta:erit angulus.b.e.g.qui eſt apud arcum.150.partes ⁊.26.minuta ſm quantitatem qua erunt duo anguli recti.360.partes.⁊ ſm illam quantitatem erit angulus.b.d.g.pars ⁊.14.minuta.remanet ergo angulus.e g.d.ſm illam quantitatem.149.partes ⁊.12.minuta.Quapropter erit arcus qui eſt ſupra lineam.e.b.149.partes ⁊.12.minuta ſm quantitatem qua erit circulus continens triangulum.g.e.b.ozogoniũ.360.partes. Et erit chorda.e.b 115.partes ⁊.41.minuta ⁊.24.ſecunda: ſm quantitatem qua erit diameter.g.e.120.partes. ergo ſm quantitatem qua erit linea.e.b. pars ⁊.17.minuta et.30.ſecunda:⁊ iam oſtenſum eſt q̃ eſt diameter.d.e.120.partes:erit linea.g.e.pars ⁊.20.minuta. ⁊.23.ſecunda.Et ſm illam quantitatem declaratur q̃ linea.e.a.eſt.17.partes ⁊.55.minuta ⁊.32.ſecunda.Et etiam quia iam oſtenſum eſt q̃ arcus.a.g.eſt.96.partes ⁊.51.minuta:erit angulus.a.e.g.qui eſt apud arcum ſm illam quantitatẽ.96.partes ⁊.51.minuta: ſm quantitatem qua erunt duo anguli recti.360.partes.Quapropter erit arcus qui eſt ſupra chordã g.t.96.partes ⁊.51.minuta:ſm quantitatẽ qua erit circulus otinens triangulũ.g.e.t. ozogoniũ.360.partes. Et arcus qui eſt ſupra chordam.e.t.reſiduus ad complendum ſemicirculum erit.83.partes et.9.minuta. Erunt ergo linee que ſubtenduntur arcubus:ſcz.g.t.89. partes ⁊.46.minuta ⁊.14.ſecunda:ſm quantitatẽ qua erit diameter.g.e.120.partes.⁊.e.t. ſm illam quantitatem erit.79.partes ⁊.37.minuta ⁊.55.ſecunda.ſm quantitatẽ ergo qua erit linea.e g.pars ⁊.20.minuta ⁊.23.ſecunda:erit linea.g.t.pars vna octo ſecũda.et linea e.t.erit.53.minuta ⁊.21.ſecunda.Sed ſm illam quantitatem fuit tota linea.e.a.17.partes ⁊.55.minuta ⁊.32.ſecunda. Remanet ergo linea.t.a.17.partes ⁊ duo minuta ⁊.11.ſecũda ſm quantitatem qua oſtenſum eſt q̃ linea.g.t.eſt pars octo ſecunda.Et erit quadratũ qõ eſt ex multiplicatione.a t.linee in ſe.290.partes ⁊.14.minuta ⁊.19.ſecũda.Et quadratum quod eſt ex multiplicatione.g.t.in ſe:eſt pars ⁊ 17.ſecunda.Cum ergo aggregabuntur ipſa erũt equalia quadrato.a.g.ſcz.291.partibus ⁊.14.minutis ⁊.36.ſecũdis. Longitudo ergo linee.a.g.erit.17.partes ⁊.3.minuta ⁊.51.ſecunda:ſm quantitatem qua erit diameter.d.e 120.partes.Et linea.g.e.fuit ſm illam quãtitatem pars ⁊.20.minuta ⁊.23.ſecunda.Et ſm quantitatem qua eſt diameter ozbis reuoluẽtis.120.partes:erit linea.a.g.89.partes ⁊.46 minuta ⁊.14.ſecunda.qm̃ ipſa eſt chorda arcus.a.g.qui eſt.96.partes ⁊.51.m̃. ſm quantitatem ergo qua eſt linea.a.g.89.partes ⁊.46.minuta ⁊.14.ſecũda.⁊ diameter ozbis reuoluentis.120.partes:erit linea.d.e.631.partes et.13.minuta et.48 ſecunda.et linea.g.e.erit ſeptem partes ⁊ duo minuta ⁊ octo ſecunda.et arcus qui eſt ſuper illam:qui eſt.g.e. erit ſex


partes ꝛ.44.minuta ꝛ.30.secunda:ſm quantitatem qua eſt orbis reuoluens.360.partes.ꝛ ſm illam quantitatē eſt arcus.b.a.g.150.partes ꝛ.26.minuta. Totus ergo arcus.b.g.e.erit 157.ptes ꝛ.11.minuta fere,ꝛ eius chorda:q̄ eſt.b.e.erit.117.partes ꝛ.37.minuta ꝛ.32.ſecunda:ſm quātitatē qua eſt diameter orbis reuoluentis.120.partes. Si ergo reperiremus lineam.b.e.equalem diametro orbis reuoluentis.manifeſtum eſt ꝙ eius centrū eſſet ſupra eam.ꝛ propter hoc demonſtrareꝫ proportio duarū diametroꝝ. Et quia.b.e.eſt breuior diametro:ꝛ arcus.b.g.e.eſt minor ſemicirculo:tunc manifeſtum eſt qđ centrū orbis reuoluētis cadit extra portionem.b.g.e.ponam ergo punctum.k.centrum orbis reuoluentis.ꝛ protraham á.d.quod eſt centrum orbis ſignoꝝ lineam tranſeuntē ſuper.k.ſupra quā ſint.d.m.k.l. ſitq̄ punctum.l.longitudo longioꝝ orbis reuoluentis:ꝛ pūctum.m.longitudo propinquioꝝ Et quia ductus linee.b.d.in.d.e.eſt equalis ductui.l.d.in.d.m.ꝛ iā declarauimus:ꝙ ſm quā titatē qua eſt diameter orbis reuoluētis:que eſt linea.l.k.m.120.partes:erit linea.b.e.117. partes ꝛ.37.minuta et.32.ſecūda.ꝛ linea.e.d.ſm illam quantitatem.631.partes et.13.m̄. ꝛ.48.ſecunda,ꝛ manifeſtum eſt ꝙ tota linea.b.d.eſt.748.partes ꝛ.51.minuta ꝛ.20.ſecūda.ergo erit ductus linee.b.d.in.d.e.qui eſt equalis ductui linee.l.d.in.d.m.ſm illam quantitatem.472700.partes ꝛ quinq̄ minuta ꝛ.32.ſecunda. Et etiam quia quadratum duarū linearū.l.d.in.d.m.cum quadrato.k.m.in ſe:eſt equale quadrato.k.d.in ſe.ꝛ linea.k.m.que eſt medietas diametri orbis reuoluentis:eſt ſm illam quantitatem.60.partes. Et cum nos addiderimus quadratum eius:quod eſt.3600.ſupra.472700.partes et.5.minuta et.32. ſecūda.erit illud equale quadrato linee.d.k.in ſe:ſc3.476300.partibus ꝛ.5.minutis ꝛ.32. ſecundis.ergo erit longitudo linee.d.k.que eſt medietas diametri orbis reuoluentis orbem reuolutionis:cuius centrum eſt centrum orbis ſignoꝝ:ſm illam quantitatem.690.partes et 8.minuta ꝛ.42.ſecunda:ſm quantitatem qua erit linea.k.m.que eſt medietas diametri orbis reuolutionis.60.partes.quapropter erit medietas diametri orbis reuolutiōis:ſm quantitatem qua eſt medietas diametri orbis reuoluentis centrum orbis reuolutionis:cuius centrum eſt aſpectus oculorum.60.partes:quinq̄ partes ꝛ.13.minuta fere.

PRotrahatur autem perpendicularem in forma huic ſimili a centro.k.cadentem ſupra lineam.b.e.ſupra quam ſint.k n.s.ꝛ producam lineam.b.k.ꝛ quia ſm quantitatem eam qua iam oſtenſum eſt ꝙ linea.d.k.eſt.690.partes ꝛ octo minuta ꝛ.42 ſecunda:eſt linea.d.e.631.partes ꝛ.13.minuta ꝛ.48.ſecunda.ꝛ linea.e.n. que eſt medietas.b.e.ſm illam quantitatem eſt.58.partes et.48.minuta et.46.ſecunda.ergo propter hoc erit tota linea.d.e.n.ſm illam quantitatem.690.partes ꝛ duo minuta et.34.ſcōa. ergo ſm quāritatē qua erit diameter.d.k.120.partes: erit linea.d.n.119.partes et.58.m̄. ꝛ.57.ſecunda.ꝛ arcus qui eſt ſuper eam:erit.178.partes ꝛ duo minuta fere:ſm quantitatē qua erit circulus continens triangulum.d.k.n.orthogoniū.360.partes.propter hoc ergo erit angulus.d.k.n.178.partes ꝛ duo minuta:ſm quantitatem qua ſunt duo anguli recti.360 partes. Et ſm quantitatem qua ſunt quatuor anguli recti.360.partes: erit angulus.d.k.n. 89.partes ꝛ minutū vnū.ergo ꝛ arcus.s.m.qui eſt orbis reuolutiōis erit.89.partes ꝛ vnū minutum.ꝛ arcus.l.b.s.reſiduus ex complemento ſemicirculi erit.90.partes ꝛ.59.minuta. ꝛ ſm illam quantitatē erit arcus.s.b.qui eſt medietas arcus.b.s.e.78.partes et.35.minuta ꝛ.30.ſecunda. Jam enī oſtenſum fuit ꝙ totus arcus.b.e.eſt.157.partes ꝛ.11.minuta fere. ergo arcus.l.b.reliquus orbis reuoluētis qui eſt longitudo loci lune a lōgitudine lōgioꝛe in tpe medio eclypſis ſecūde:erit.12.ptes ꝛ.24.m̄.fere. Et illud eſt qđ oportuit nos declarare.

ET ſimiliter quia iam oſtenſum eſt ꝙ angulus.d.k.n.eſt.89.partes ꝛ minutū vnū ſm quantitatem qua erunt quattuor anguli recti.360.partes: oſtendit ꝙ angulus reliquus.k.d.n.ſcz reſiduum complemēti anguli vnius recti eſt.59.minuta. ꝛ ipſe eſt angulus cui ſubtēditur arcus diminutus a curſu medio in longitudine quem ſecat arcus.l.b.orbis reuoluentis:qui eſt diuerſitas lune.fuit ergo locus lune per curſum ſuum medium in tempore medio eclypſis ſecūde in.14.parte virginis et.44.minuto. qm̄ fuit locus eius ſm veritatē in.13.parte ꝛ in.45.minuto. Et fuit locus ſolis in piſcibus in partibus ſimilibus illis partibus. ¶ Fuit etiam prima trium eclypſium quas conſideraſuimus in Alexandria ſm ꝙ ſubtilius poſſibile fuit in decimoſeptimo annoū Adriani.20. diebus menſis tegni tranſactis.qui eſt vnus menſium egyptioꝝ:nocte cuius mane fuit dies viceſimus ſprimus. Conſideraſuimus autem ſm veritatem:ꝛ inuenimus:ꝙ tempus medium fuit ante medietatem noctis medietate et quarta hore equalis. et eclypſata fuit luna tota. Et fuit locus ſolis in illa hora tertiadecima pars ꝛ quarta partis tauri fere. ¶ Secūda vō eclypſis fuit in anno decimonono annoꝝ Adriani:duobus diebus menſis ſignach trāſactis:nocte cuius mane fuit dies tertius. Et conſideraſuimus et inuenimus:ꝙ tempus medium fuit ante mediam noctē vna hora equali.ꝛ eclypſata eſt ex luna a parte ſeptentrionis medietas ꝛ tertia diametri ipſius. Et fuit ſol in illa hora ſm veritatem in.25.parte ꝛ.10.minuto libre fere. ¶ Tertia autem eclypſis fuit in anno qui fuit viceſimus annoꝝ Adriani:tranſacto de-




cimenono die mensis formiche: qui'est vnus mensium egyptiox: nocte cuius mane fuit dies vicesimus. Et cõsiderauimus ꝛ inuenimus: ꝙ tempus medium fuit post medietatem noctis quattuor horis eõlibus. ꝛ fuit eclypsata medietas diametri lune a parte septẽtrionis. fuitq; sol in illa hora in. 14. parte ꝛ. 5. minuto piscis fere. ¶ Jam ergo demõstratũ est hic: ꝙ luna peragrauit post reuolutiones integras a tempore medio quod fuit eclypsis prime: ad tẽpus mediũ eclypsis secunde: quantũ perambulauit sol: scz. 161. partes ꝛ. 55. minuta. Et perambulauit a medio eclypsis secunde vsqz ad medium eclypsis tertie. 138. partes ꝛ. 55. minuta Et fuit tempus quod fuit inter eclypsim primam ꝛ eclypsim secundã annus egyptius ꝛ. 166 dies ꝛ. 23. hore ꝛ medietas ꝛ quarta hore equalis. Fm veritatem vo. 23. hore et medietas et octaua horę. Et fuit tempus quod fuit inter medium eclypsis secunde ꝛ inter mediũ eclypsis tertie annus vnus etiã ꝛ. 137. dies ꝛ. 5. horę equales: fm sermonẽ absolutũ. sed fm veritatẽ erant quinqz horę ꝛ medietas horę. Et erat cursus lune medius etiam post reuolutiones integras: scz in ano vno ꝛ. 166. diebus ꝛ. 23. horis ꝛ medietate ꝛ octaua horę: cursus videlz diuersitatis. 110. partes ꝛ. 21. mĩ. Et cursus eius in lõgitudine. 169. ptes et. 37. mĩ. fere. Et erat cursus eius in ano vno ꝛ. 137. diebus ꝛ. 5. horis ꝛ medietate horę equalis videlz cursus diuersitatis. 81. partes ꝛ. 36. mĩ. sed in lõgitudine. 137. partes ꝛ. 34. mĩ. fere. Manifestũ est ꝙ ꝙ. 110. ptes ꝛ. 21. mĩ. ꝙ sunt longitudinis prime orbis reuoluẽtis: minuũt ex cursu lune medio in longitudine septem partes ꝛ. 42. minuta. ꝛ partes longitudinis secunde: scz. 81. ptes ꝛ. 36. minuta orbis reuoluentis addunt etiam supra cursum lune mediũ in longitudine partem vnam ꝛ 21. minuta. ¶ Postq; ergo hoc est fm ꝙ declaraui. tunc describã etiam orbẽ reuolutionis lune: supra quem sint. a. b. g. sitq; locus in quo fuit luna in tempore medio eclypsis prime punctum. a. ꝛ locus eius in tempore medio eclypsis secunde punctum. b. et locus eius in tempore medio eclypsis tertie punctũ. g. Et similiter imaginemur motum lune a puncto. a. ad punctum. b. ꝛ postea a puncto. b. ad punctum. g. ꝛ sit arcus. a. b. qui est. 110. partes ꝛ. 21. minuta: minuens (quẽadmodum diximus) ex cursu medio in longitudine septem partes ꝛ. 42. minuta. ꝛ sit arcus. b. g. qui est. 81. partes ꝛ. 36. minuta: addens supra cursum medium in longitudine partẽ vnam ꝛ. 21. minuta. ꝛ sit arcus. g. a. residuus: qui est. 168. partes ꝛ. 3. minuta: addens supra cursum mediũ in longitudine partes residuas: scz. 6. partes ꝛ. 21. minuta. Et manifestum est ꝙ oportet vt sit longitudo longior in arcu. a. b. qũ non est possibile vt sit in arcu. b. g. neqz in arcu. g. a. eo ꝙ vnusquisqz eox est addens: ꝛ minor semicirculo Et fm hoc ponam centrum orbis signorum: ꝛ centrum orbis supra quem currit centrum orbis reuoluentis punctum. d. ꝛ protrahabam ab eo lineas ad pũcta locox eclypsium trium que sint. d. e. a. ꝛ. d. b. ꝛ. d. g. ꝛ producã lineã. b. g. ꝛ protrahã a puncto. e. lineas: scz ad punctum. b. ꝛ ad punctũ. g. duas lineas. e. b. ꝛ. e. g. ꝛ ad duas lineas. b. d. ꝛ. d. g. duas perpendiculares. e. r. ꝛ. e. h. ꝛ etiam producam a puncto. g. ad lineam. b. e. perpendicularem. g. t. Et quia arcus. a. b comprehendit ex orbe signox septem partes et. 42. minuta: erit angulus. a. d. b. qui est apud centrum orbis signox septem partes ꝛ. 42. minuta: fm quantitatem qua erunt quattuor anguli recti. 360. ptes. ꝛ fm quãtitatẽ q̃ erũt duo ãguli recti. 360. ptes: erit. 15. ptes ꝛ. 24. mĩ. Et similiter erit arcus qui est supra lineã. e. r. 15. partes ꝛ. 24. mĩ. fm quantitatẽ qua erit circulus continens triangulum. d. e. r. orthogonium. 360. partes. Et chorda. e. r. erit. 16. partes ꝛ 4. minuta ꝛ. 42. secũda: fm quantitatem qua erit diameter. d. e. 120. partes Et similiter qz arcus. a. b. est. 110. partes ꝛ. 21. minuta: erit angulus. a. e. b. qui est apud circulũ. 110. ptes ꝛ. 21. mĩ. fm quantitatem qua sunt duo anguli recti. 360. partes. ꝛ fm illam quantitatẽ fuit angulus. a. d. b. 15. partes ꝛ. 24. minuta. ergo angulus. e. b. d. reliquus fm illam quantitatẽ erit. 94. partes ꝛ. 57. minuta. Quapropter erit arcus qui est supra lineã. e. r. 94. partes ꝛ. 57. minuta: fm quantitatẽ qua erit circulus trianguli. e. b. r. orthogonium. 360. partes. ꝛ chorda. e. r. erit. 88. partes ꝛ. 26. minuta ꝛ. 17. secũda: fm quantitatem qua erit diameter b. e. 120. partes. fm quantitatẽ ergo qua erit linea. e. r. 16. partes ꝛ. 4. minuta ꝛ. 42. secũda. et quia iam ostensum est ꝙ linea. d. e. est. 120. partes: erit linea. b. e. 21. partes et. 48. minuta ꝛ. 59. secũda. Et etiã quia iam ostensum est ꝙ arcus. g. e. a. cõprehendit ex orbe signox ser partes ꝛ. 21. minuta: erit angulus. a. d. g. qui est apud centrum orbis signox ser partes ꝛ 21. minuta: fm quantitatẽ qua erunt quattuor anguli recti. 360. partes. ꝛ fm quantitatem qua erunt duo anguli recti. 360. partes: erit. 12. partes ꝛ. 42. minuta. quapropter erit arcus qui est supra lineam. e. b. 12. partes ꝛ. 42. minuta: fm quantitatẽ qua erit circulus continens triangulum. d. b. e. orthogonium. 360. partes. ꝛ erit chorda. e. b. 13. partes ꝛ. 16. minuta ꝛ. 19. secunda: fm quantitatem qua erit diameter. d. e. 120. partes. Et similiter quia totus arcus. a. b. g. est. 191. partes ꝛ. 57. minuta. erit angulus. a. e. g. qui est apud circulum similiter. 191. partes ꝛ. 57. minuta: fm quantitatem qua erunt duo anguli recti. 360. partes. et fm illam quantitatem fuit angulus. a. d. g. 12. partes ꝛ. 42. minuta. ergo angulus. e. d. g. reliquus fm illam quantitatem erit. 179. partes ꝛ. 15. minuta. ꝛ propter hoc erit arcus qui est super lineam. e. b. 179. partes ꝛ. 15. minuta: fm illam quantitatem qua erit circulus ꝺtinẽs





triangulum.g.e.b.orthogonium.360.ptes.ꝛ chorda.e.b.erit.119.ptes ꝛ.59.minuta.ꝛ.50 secunda:ſm quãtitatem qua erit diameter.e.g.120.partes:ſm quantitatem ergo qua erit linea.e.b.13.partes ꝛ 16.minuta.ꝛ.19.ſecunda:ꝛ linea.d.e.quemadmodum iam oſtenſum eſt.120.ptes:erit linea.g.e.13.ptes ꝛ.16.minuta ꝛ.20.ſecunda.ꝛ ſm illaꝫ quãtitateꝫ oſtenſuꝫ eſt ꝙ linea.b.e.eſt.21.partes ꝛ.48.minuta.ꝛ.49.ſecunda. Et etiaꝫ ꝙ arcus.b.g.eſt 81. partes ꝛ.36.minuta erit angulus.b.e.g.qui eſt apud circulum.81.partes ꝛ.36.minuta:ſm illam quantitatem qua erunt duo anguli recti.360.partes. Quapropter erit arcus qui eſt ſupra lineam.g.t.81.partes ꝛ.36.minuta:ſm quãtitatem qua erit circulus continens triangulum.g.e.t.orthogonium.360.partes.ꝛ arcus qui eſt ſupra lineam.e.t.reſiduus ad complendum ſemicirculum.98.partes ꝛ.24.minuta. Ergo linee que ſubtẽduntur eis.ſ.linea.g.t.erit 78.partes ꝛ.24.minuta ꝛ.37.ſecũda: ſm quantitatem qua erit diameter.e.g.120.partes. ꝛ ſm eaꝫ erit chorda.e.t.90.partes ꝛ.50.minuta ꝛ.22.ſecunda.ergo ſm quantitatem qua erit linea.g.e.13.partes ꝛ.16.minuta ꝛ.20.ſecunda: erit linea.g.t.8.partes ꝛ.40.minuta ꝛ.20.ſecũda.ꝛ linea.e.t.ſimiliter erit.10.partes ꝛ duo minuta ꝛ.49.ſecunda. Et ſm illam q̃titatem eſt tota linea.e.b.21.partes ꝛ.48.minuta ꝛ.49.ſecunda,oportet ergo vt ſit linea t.b.ſm illam quãtitatem.11.partes ꝛ.46.minuta ꝛ.10.ſecunda:ſm quantitatem qua fuit linea.g.t.octo partes ꝛ.40.minuta ꝛ.20.ſecunda. Erit ergo quadratũ t.b.in ſe.138.partes ꝛ.31.minuta ꝛ.11.ſecunda.ꝛ quadratum.g.t.ſm illam quantitatem erit.75.partes ꝛ.12. minuta ꝛ.27.ſecunda. Cũ ergo aggregauerimus ea:erit ex eis quadratum.b.g.in ſe.ſ.213. partes ꝛ.46.minuta ꝛ.38.ſecunda.erit ergo longitudo linee.b.g.14.partes ꝛ.37.minuta ꝛ 10.ſecunda:ſm quantitatem qua erit diameter.d.e.120.partes.ꝛ linea.g.e.13.ptes ꝛ.16. minuta ꝛ.20.ſecunda.ſ3 ſm quantitatẽ qua erit diameter orbis reuoluentis.120.partes: erit linea.b.g.78.partes ꝛ.24.minuta ꝛ.37.ſecũda.ꝛ ipſa ſubtendit arcui.b.g.qui eſt.81. partes ꝛ.36.minuta.ergo ſm quantitateꝫ qua eſt linea.b.g.78.partes ꝛ.24. minuta ꝛ.37. ſecunda:ꝛ diameter orbis reuoluentis.120.partes:erit linea.d.e.643.partes ꝛ.36.minuta ꝛ.39.ſecunda.ꝛ linea.g.e.ſm illam quãtitatem erit.71.partes ꝛ.11.minuta ꝛ.4.ſecunda. ꝛ arcus qui eſt ſuper eam erit.72.partes ꝛ.46.minuta ꝛ.10.ſecunda:ſm quantitatem qua erit orbis reuoluẽs.360.partes.ꝛ ſm eam erit arcus.g.e.a.168.partes ꝛ tria minuta. ergo arcus.e.a.reſiduus erit.95.ptes ꝛ.16.minuta ꝛ.50.ſecunda.ꝛ eius chorda.a.e.erit.88.partes ꝛ.40.minuta ꝛ.17.ſecũda:ſm quãtitatẽ qua erit diameter orbis reuoluentis.120.partes.ꝛ linea.e.d.643.ptes ꝛ.36.minuta ꝛ.39.ſecũda. Et illud eſt qõ oportuit nos õclarare.

ET etiam quia iam oſtenſum eſt ꝙ arcus.e.a.eſt minor ſemicirculo.ergo manifeſtum eſt ꝙ centrum orbis reuoluentis cadit extra portionem.e.a.ponã itaq; punctum.k.centrum orbis reuoluentis.ꝛ protrahamꝫ lineam.d.m.k.l.donec ſit etiam punctum.l. ipſa longitudo longior:ꝛ pũctũ.m.ipſa longitudo propinquior. Et qꝫ ductus linee.a.d.in.d.e. eſt equalis ductui.l.d.in.d.m.ꝛ iam oſtendimus ꝙ ſm quantitateꝫ qua erit diameter orbis reuoluentis:que eſt linea.l.k.m.120.partes:erit linea.a.e.88. partes ꝛ.40.minuta ꝛ.17.ſecunda.ꝛ linea.e.d.ſm illam quantitatem.643.partes ꝛ.36.minuta ꝛ.39.ſecunda,ergo manifeſtum eſt ꝙ tota linea.a.d.eſt.732.partes ꝛ.16.minuta ꝛ.56. ſecunda.erit ergo ductus.a.d.in.d.e. qui eſt equalis ductui linee.l.d.in.d.m.471304.partes ꝛ.46.minuta ꝛ.17.ſecunda. Et etiam quia ductus linee.l.d.in.d.m. cum quadrato linee k.m.in ſe:eſt equalis quadrato.d.k.in ſe.ꝛ linea.k.m.que eſt medietas diametri orbis reuoluentis:eſt ſm illam quantitatem.60.partes.tunc cuꝫ nos addiderimus eius quadratũ: quod eſt.3600.ſuper.471304.partes ꝛ.46.minuta ꝛ.17.ſecunda.erit ex eis quadratum linee.d.k.in ſe:ſm illam quantitateꝫ.474904.partes ꝛ.46.minuta ꝛ.17.ſecunda.erit ergo longitudo linee.d.k.que eſt medietas diametri orbis ſupra quẽ currit centrũ orbis revoluẽtis ꝛ cuius centrum eſt centrum orbis ſignorum.689.partes ꝛ.8.minuta fere ſm illud.ꝛ ſm quantitatem qua eſt longitudo que eſt inter duo centra.ſ.centrum orbis ſignorũ ꝛ centrum orbis reuoluentis.60.partes:erit medietas diametri orbis revoluẽtis quinq; partes ꝛ.14.minuta fere.ꝛ hoc eſt illi proportioni propinquius:que fuit eclypſium precedentiuꝫ: quas declarauimus ante has parum. Et illud eſt qõ oportuit nos declarare.

PRotrahamꝫ etiam in cõſimili huius forme a puncto.k.quod eſt centrum orbis revoluentis:ꝑpendicularem ſupra lineaꝫ.d.e.a.ſupra quam ſint.k.n.s.ꝛ ꝓducam lineam.a.k. Et qꝫ iam oſtenſum eſt:ꝙ ſm quãtitatem qua erit linea.d.k.689.ptes ꝛ octo minuta:fuit linea.d.e.643.partes ꝛ.36.minuta ꝛ.39.ſecunda: ꝛ linea.n.e. que eſt medietas linee.a.e.erit ſm illam quantitatem.44.partes ꝛ.20.minuta ꝛ octo ſecunda.ergo linea.d.e.n.erit ſm illam quantitatẽ.687.partes ꝛ.56.minuta ꝛ.47.ſecunda.ſm quantitateꝫ ergo qua erit diameter.d.k.120.partes:erit linea.d.n.119.partes ꝛ.47.minuta ꝛ.36.ſecunda.ꝛ arcus qui eſt ſupra eam erit.173.partes ꝛ.17.minuta fere:ſm quantitatem qua erit circulus continens triangulum.d.k.n.orthogonium.360.partes. Et ſimiliter erit angulus.d.k.n.173.partes ꝛ.17.minuta:ſm q̃ntitateꝫ qua ſunt duo anguli recti.360. partes.ſm quantitateꝫ vo qua ſunt quatuor anguli recti.360.partes:erit.86.partes ꝛ.38.







minuta ꝛ.30.secunda.ergo arcus.m.e.s.circuli orbis reuoluẽtis erit.86.partes ꝛ.38.minuta ꝛ.30.secunda.ꝛ arcus.l.a.s.qui est residuus cõplementi semicirculi:erit.93.partes ꝛ.21.minuta ꝛ.30.secunda.ꝛ erit arcus.a.s.fm illam quantitatẽ:qui est medietas arcus.a.e.47.partes ꝛ.38.minuta ꝛ.30.secunda fere.arcus igit̃.a.l.residuus erit.45.ptes ꝛ.43.minuta. Jam autem fuit totus arcus.a.b.fm illam quantitatez.110.partes ꝛ.21.minuta.Quapropter erit arcus.l.b.residuus:qui fuit longitudo lune a puncto longitudinis longioris in tpe medio eclypsis secũde posite.64.partes ꝛ.38.minuta. Et illud est qõ oportuit nos oñdere.

QT quia iam ostensum est ꝙ angulus.d.k.n.est.86.partes ꝛ.38.minuta fere: fm quantitatem qua sunt quattuor anguli recti.360.partes:erit angulus.k.d.n.residuus ex complemento anguli vnius recti.3.partes ꝛ.22.minuta. Jam autez fuit totus angulus.a.d.b.fm illam quantitatem septez partes ꝛ.42.minuta.angulus ergo.l.d.b.reliquus erit quattuor partes ꝛ.20.minuta.ꝛ ipse est cui subtẽditur arcus orbis signorũ:qui minuit ex cursu medio in longitudine:diuersitatis que est arcus.a.b. orbis reuoluẽtis.Fuit ergo locus lune per cursum mediũ in longitudine in tẽpore medio eclypsis secunde vigesimanona pars ꝛ trigesimum minutum arietis.qm̃ locus eius fm vitatem fuit vigesimaquinta pars ꝛ decimũ minutũ. Et ipse sunt ptes in quaꝛ similibus libꝛe fuit sol.

¶ Capitulum septimum De equatione medij cursus lune in longitudine ꝛ medij cursus eius in diuersitate.

QT quia iam ostendimus ꝙ luna fuit in tempore medio eclypsis que fuit secunda trium eclypsium antiquaꝛ per cursum suum medium in longitudine in quartadecima parte ꝛ quadragesimoquarto minuto Virginis.ꝛ per cursum diuersitatis in duodecima parte ꝛ vigesimoquarto minuto a longitudine longioꝛe orbis reuoluentis.et fuit locus eius in tempore medio eclypsis : que fuit secũda trium eclypsium nostri temporis nouarum per cursum suum medium(sicut ostẽdimus) in longitudine in vigesimanona pte ꝛ trigesimo minuto arietis. Et ꝙ cursum diuersitatis in se ꝛagesima quarta paꝛte ꝛ trigesimooctauo minuto a longitudine longioꝛe. Tunc manifestuz est:ꝙ in hoc tempoꝛe quod est inter duas eclypses:secuit luna per cursum suuz mediũ post reuolutiones integras in longitudine.224.partes ꝛ.46.minuta.ꝛ per cursum diuersitatis 52.partes ꝛ.14.minuta. Et tempus quod fuit inter annum secũdum annoꝝ Mardochei: transacto decimooctauo die mensis thot: qui est vnus mensis egyptiozum: cuius mane fuit dies decimusnonus:ante mediam noctem fm medietatem ꝛ tertiam hoꝛe equalis:ꝛ inter annum decimumnonum annoꝝ Adriani:transacto secundo die mẽsis sanigmeh:qui est vnus mensium egyptiozum.cuius mane fuit dies tertia:ante medietatez noctis per vnã hoꝛaz equalem:continet.854.annos ꝛ.73.dies ꝛ.23.hoꝛas ꝛ medietatẽ ꝛ tertiã hoꝛe equalis:fm sermonem absolutum.ꝛ fuerũt fm veritatem per equationem diuersitatis dierũ cũ dictibus suis.23.hoꝛe ꝛ tertia hoꝛe.ꝛ fuit numerus summe dierum eius.311783.dies ꝛ.23 hoꝛe ꝛ tertia hoꝛe. Et inuenimus hoc tẽpus ex eis quoꝝ premisimus narrationem de motibus lune in diebus superfluere post reuolutiones integras per motũ medium ante eq̃tionem fm cursuz longitudinis.224.partibus ꝛ.46.minutis.ꝛ fm cursuz diuersitatis.52 partibus ꝛ.31.minutis.Superfluitatem vo cursus longitudinis inuenimus (quemadmodum diximus)non diuersificari ab eo qõ aggregatur ex superfluitate que est ꝓpter considerationes nostras positas.Superfluitatem autem cursus diuersitatis inuenimus augeri decem ꝛ septem minutis.Quapropter quia posituri sumus tabulas ꝛ ea que volumus de eq̃tione motuum dierũ : diuisimus hec decem ꝛ septem minuta per numerum horum dierum positorum:ꝛ dedimus diei vni portionem suam.11.quarta ꝛ.46.quinta ꝛ.39.sexta.ꝛ minuimus illud ex motu diei vnius medij cursus diuersitatis comprehẽso ante equationem. ꝛ inuenimus residuum equatũ.13.partes ꝛ.3.minuta ꝛ.53.secũda ꝛ.56.tertia ꝛ.17.quarta ꝛ.51.quinta ꝛ.59.sexta.Et postea duplauimus illud:ꝛ posuimus in tabulis.

¶ Capitulus octauũ De scientia loci lune ex motu eius medio in lõgitudine ꝛ diuersitate.

AD hoc vt equemus loca eius in primo annoꝝ Nabuchodo.in primo die mensis thot:in media die:qui est vnus mẽsium egyptiozum: Accipiemus tempus quod est inter hãc horam ꝛ inter horam temporis medij eclypsis secunde trium eclypsiuz primarum.que sunt propinquiozes huic hoꝛe/quẽ fuit (quemadmodũ diximus)in secundo annoꝝ Mardochei decem ꝛ octo diebus mensis thot transactis.cuius mane fuit decimusnonus dies:ante medietatem noctis per medietatem ꝛ tertiam hoꝛe equalis.ꝛ inueniemus illud.27.annos egyptios:ꝛ.17.dies:ꝛ.11.horas:ꝛ sextam hoꝛe equalis:fm sermonem absolutum:ꝛ fm veritatẽ feꝛe.ꝛ inuehiemus illõ quod opponitur huic tempoꝛi in tabulis post reuolutiones integras ex superfluitate in lon

gitudine quidem. 123. partes 2. 22. minuta. 2 in diuersitate. 103. partes 2. 35. minuta. Cū ergo minuerimus illud ex loco lune in tempore medio eclypsis secūde. s. vnūquodq; ex suo relatiuo ei proprio. erit quod remanebit locus lune medius in primo annorum Nabucho/ donosor in prima die mēsis thot: in media die: in longitudine quidē in. 11. parte 2. 22. minu tis tauri. 2 in cursu diuersitatis a longitudine longiore orbis reuoluētis in. 268. partibus 2 49. minutis. Et manifestus est q; longitudo que est inter solem 2 lunā est. 70. partes 2. 37. minuta. Jā enim ostensus est q; locus solis fuit in eo tpe q̄dragesimūquintū minutus pisc̄is.


¶ Capitulū nonū De scia equādi reuolutiones lune medias in latitudine 2 loca eius.

Reuolutiones quidem motuū lune

in longitudine 2 diuersitate 2 loca eius sunt sicut iaz equauimus ea per 15 capitula. In latitudine autem dico primum q; errauimus: cū nos operati fuimus sicut opatus est Abzachis. 2 putauimus q; luna numerat orbem sui sercentis 2 seraginta vicibus fere. 2 numerat circulum vmbre bis 2 semis: sm quantitatem longitudinis medie in applicatione lune 2 solis in coniunctione 2 oppositione. Cū enim fuerit illud positū ita: 2 fuerit quantitas declinationis orbis lune decliuis nota: erunt termini diuisionum eclypsium noti. Nos namq; cum acceperimus longitudines eclypticas: inueniemus ex magnitudine tenebraruz lune in tpe medio eclypsis veritatem reuolutionū ambozū nodoz in latitudine in orbe a motib⁹ declinii. Per quantitatem enim qua iam ostensum est nobis ex diuersitate 2 cognouimus motus reuolutionum quidem verarum: similiter inueniemus loca reuolutionum in latitudine in temporibus mediis eclypsiuz: 2 superfluitatē qua superfluit luna in tempore q̄ est inter duas eclypses post reuolutiones integras. Nunc autez iam accepimus capitula pulchra inuenta absq; illis capitulis: que nobis sufficiunt. 2 non indigemus aliquo eorum quoruz premisimus narrationem in comprehēsione quesiti. Quibus quidē ostēdimus: q; illud q̄ nos comprehendimus ex cursu latitudinis ,ppter magnitudinem tenebrarum 2 longitudines 2 illos modos: falsum est 2 erroneum. 2 equauimus ipsuz per hoc. Et similiter fecimus in modis saturni et iouis: vbi inquisiuimus 2 nouimus quasdaz res que nō fuerunt assumpte sm veritatem suam. qm̄ inuenimus in fine nostrarum considerationum non eē dubitationem. Jam vo opus est inuestigatoribus huius scientie cum inquisitione veritatis sm veritatem 2 valde caute in ea cum perscrutatiōe 2 studio: ne remoueant equationem modoruū precedē tium tm̄ quos posuerunt antiqui per illud q̄ inuenerūt ex considerationibus veris: in quibus non est dubitatio. verum remoueāt 2 equent errorem si fuerit in aliquo eoruz que ipsi posuerunt. 2 neq; abhorreant illud neq; verecundentur ex eo. qm̄ res cui refertur hec scientia: est ex rebus celestibus altis. s. ex rebus dei altissimi 2 gloriosi: 2 ex virtutibus eius quāuis non sint eorum equationes ipsorum tm̄: sed sint ex equationibus aliorum: que sint veraciores 2 certiores. Modos vo quibus declarabitur vnūquodq; eorum que narrauimus: oiaz post hūc locū libzi almagesti in ppriis locis eoz. Nūc autē vt illud fit sm ordines suos: reiterabo smonē in declaratiōe cursus lune in latitudine. cuiꝰ capl̄z ē quēadmodū narrabo.

Primum quidem inquirimus in equatione cursus lune medij: qui est orbis reuoluentis in orbe decliui: duas eclypses lunares ex eclypsibꝰ scriptis apud nos: in quibus non sit dubitatio. inter quas fuit ex longitudine temporis propter quam fuit quātitas magnitudinis tenebrarum lune in eis equalis: 2 fuerunt etiam ambe in vno duoruū nodoruz. Et fuit egressus lune in vtraq; earum terra aut a parte septētrionis: aut a parte meridiei. Et fuit longitudo lune etiaz a longitudine sua longiore in vnaquaq; earum vna. Cum enim illud ita fuerit: erit longitudo centri lune necessario in vnaquaq; duarum eclypsium in parte vna a nodo vno equalis. Quapropter erit cursus lune verus: qui est in tempore q̄ est inter duas cōsiderationes continens reuolutiones integras in latitudine. Et fuit prima duarum eclypsium quas accepimus: cuius consideratio fuit in babilonia: in anno trigesimoprimo annoruz Darij primi: tertio die transacto mensis coe. q̄ est vnus mensium egyptiorum. cuius mane fuit dies quartus in medio horе sexte. Et manifestus est: q; in illa hora eclypsata fuit ex luna a parte meridiei quantitas duorum digitorum. Secunde aūt eclypsis consideratio fuit in alexandria. que fuit in nono annorum Adriani decimoseptimo die transacto mensis machur. qui est vnus mensium egyptiorum. cuius mane fuit dies decimusoctauus: ante medietatem noctis tribus horis 2 tertia 2 quinta horе equalis. Et eclypsata fuit de luna in illa hora sexta diametri eius a parte meridiei. Et fuit transitus lune in latitudine in nodo caude in vnaquaq; duarum eclypsium. Si ergo illud ita fuerit: comprehenditur causa eius ab omnibus modis. sed eius lōgitudo est propinquia eqlitati in vtraq; eclypsi aūt est inferior medio parum ad longitudinem propinquiorem. Et illud declaratur nobis ex eo cuius iam precessit ostensio in diuersitate. Et quia cū luna fuerit eclypsata a parte meridiei: erit centrum lune ad partem septētrionis orbis signorum. tunc manifestus est: q; in vnaquaq; duarum eclypsium fuit antecessio centri lune a nodo caude equalis. Sed in

de prima ecli: eclypsi quidem prima fuit elongatio lune a longitudine longioze orbis reuoluentis centum partes z decem z nouem minuta. fuit ergo tempus medium in babilonia quidem ante medietatem noctis per medietatem hore equalis. z in alexandria ante medietatem noctis per vnam horam z tertiam hore equalis. Et fuit qō aggregatum est ex tempore ex loco lune in principio temporis nabuchodono. vsq; ad hanc horam. 2 5 6. anni z. 1 2 2. dies z. 1 0. hore z one tertie hore equalis. z fm veritatem cum equatum fuerit quod est inter dies cum noctibus suis decem hore z quarta hore. Quapropter fuit cursus verus minuens ex cursu medio quinq; partes. Et fuit longitudo lune in eclypsi secunda a longitudine longioze in orbe reuoluente. 2 5 1. partes z. 5 3. minuta. Qm illud qō aggregatur ex tempore loci lune in principio temporis nabuchodo. vsq; ad tempus medium huius eclypsis secunde: est. 8 7 1. anni z. 2 5 6. dies z octo hore z due quinte hore equalis. sed fm veritatez octo hore z medietas sexte hore vnius. Quapropter fuit cursus verus addens supra cursum mediū quattuor partes z. 5 3. minuta. In tēpore ergo qō fuit inter duas eclypses aggregabūtur. 6 1 5. anni egyptij z. 1 3 3. dies z. 2 1. hora z medietas z tertia hore. Et erit cursus lune verus in latitudine reuolutionis integre. z erit cursus eius medius minuens a reuolutiōibus integris ptes que aggregantur ex ambabus diuersitatibus: scz nouem partes z. 5 3. minuta. z minuūtur ex eo cuius precessit narratio fm modum quē posuit Abzachis de cursu medio in hoc tēpore a reuolutionibus integris decem partes z duo minuta fere. Cursus ergo lune medius in latitudine fit maior nouem minutis. Cū ergo diuisimus hanc quantitatem per dies q̄ aggregantur ex hoc tēpore. s. 2 2 4 6 0 9. dies fere: fuit portio vnius diei ex eo octo quarta z. 3 9. quinta z. 1 8. sexta. Cum ergo addidimus illud supra mediū cursum lune in latitudine: cuius declaratio iam precessit: inuenimus equationez medij cursus lune in latitudine diei vnius. 1 3. partes z. 1 3. minuta. 4 5. secūda z. 3 9. tertia z. 4 8 quarta z. 5 6. quinta z. 3 7. sexta. Postea duplauimus illud: z posuimus in tabulis. Et postq̄ declarauimus hoc modo cursum lune medium in latitudine: quesiuimus etiam in equatione loci eius longitudinez temporis qō fuit inter duas eclypses lunares verificatas: in quibus nō est dubitatio in quibus fuerit totus qō fuit in illis que fuerunt ante eas de longitudinibus lune equalibus: z tenebris: z partibus in quibus fuerunt due eclypses. s. aut in septētrione aut in meridie: sed non sint in illo nodo sed in opposito ei. Prima autem harum duarum eclypsium est eclypsis per quam operati fuimus in dēclaratiōe diuersitatis: que est ea que fuit in anno secundo annoz Mardochei. 1 8. diebus transactis mensis thot: qui est vnus mensium egyptiorum. cuius mane fuit dies decimusnonus: in babilonia quidem in medietate noctis. sed in Alexādria ante medietatem noctis per medietatem z tertiam hore equalis. Et eclypsati sunt de luna in illa hora tres digiti a parte meridiei. Et eclypsis secūda est per quā operatus fuit Abzachis. que fuit in anno vigesimo annoz darij: qui fuit post philippum: vigesimooctauo die transacto mēsis ambaki: qui est vnus mensium egyptiorum. cuius mane fuit dies vigesimusnonus: post q̄ preterierūt de nocte sex hore z tertia hore equalis. Et similiter eclypsata fuit de luna in illa hora quarta diametri eius a parte meridiei. Et fuit tempus medium in babilonia quidez ante medietatem noctis per duas quintas hore vnius equalis. qm medietas noctis fuit tūc sex hore z medietas z quarta hore fere. In alexandria autem ante medietatē noctis p vnaz horā eq̄lem z quartā horē. Et fuit vnaq̄q; harū duarū eclypsiū vbi fuit luna in lōgitudine longioze. Fuitq; eclypsis prima apud nodū capitis. z eclypsis secūda apō nodū caude. Et fuit cētrum lune ēt hic in ambabus eclypsibus in pte septētrionis eq̄liter ab orbe signoz remotū.



Describam aūt circulū orbis lune ōcliuis: supra quē sint. a. b. g. sup diametz. a. g. et sit punctū. a. nodus capitis. et punctū. g. nodus caude. z punctū. b. sit lōgitudo longioz septētrionis. Et assumā duos arcus eq̄les a duobus pūctis. a. z. g. q̄ sunt duo nodi: ad punctū. b. qō ē lōgitudo lōgioz septētrionis. qui sint duo arc⁹. a. d. z. g. e. z sit cētruz q̄dē lune in eclypsi prima supra punctū. d. z in eclypsi secunda supra punctū. e. Sit tempus quod fuit a loco lune in radice ad medium eclypsis prime: fuit. 2 7. anni: z. 1 7. dies z. 1 1. hore: z sexta hore equalis z vere. Quapropter fuit elongatio lune a longitudine longioze orbis reuoluentis. 1 2. partes z. 2 4. minuta. z fuit cursus reuolutiōis lune medius maior vero. 5 9. minutis. Et fuit tempus qō est a loco lune in radice ad medium eclypsis secunde. 2 4 5. anni z. 3 2 7. dies z. 1 0. hore z medietas z ērta hore equalis absolute. z fm veritatem. 1 0. hore z quarta hore. Quapropter fuit elongatio lune a longitudine longioze in orbe reuoluente due partes z. 4 4. minuta. Et fuit cursus reuolutionis lune medius maior vero. 1 3. minutis. Et tempus quod fuit inter duas cōsiderationes est. 2 1 8. anni z. 3 0 9. dies z. 2 3. hore equales: z pars duodecima hore. Et aggregatur superfluitas fm q̄ iam declarauimus ex cursu medio in latitudine scilz. 1 6 0. partes z. 4. minuta. Et est cursus centri lune medius propter hoc qō diximus in eclypsi quidem prima super punctum. r. z in eclypsi secunda super punctuz. b. Et quia arcus. r. b. est. 1 6 0. partes z. 4. minuta. z arcus. d. r. est. 5 9. minuta. z arcus. e b. est. 1 3. minuta. erit arcus. d. e. 1 6 0. partes z. 5 0. minuta. ergo duo arc⁹ a. d. et. e. g. simul minuunt a complemēto semicirculi. 1 9. partes z. 1 0. minuta. z vnusquisq;

eozum: qñ ipſi ſunt eq̃les: erit ſm illã quãtitatẽ nouẽ ptes ꝛ.35.mñ, ꝛ ipſe ſũt ptes ſm quãtitatẽ q̃rum curſus lune verus in eclypſi quidẽ ꝑma fuit diminutus a loco nodi capitis. ꝛ in eclypſi ſecũda fuit augmẽtat⁹ ſm q̃ntitatẽ illaꝝ partiũ ſupza locũ nodi caude. Totus ergo arcus.a.r.erit. 10.ptes ꝛ.34.minuta. ꝛ arc⁹.b.g.reſiduus erit. 9.partes ꝛ.22.mñ.propter hoc ergo erit curſus reuolutiõis lune medius in eclypſi quidem ꝑma diminutus a loco nodi capitis. 10.partibus ꝛ.34.minutis. Et fuit elongatio eius a longitudine longioze ſeptẽtrionis. 280. ptes ꝛ.34. minuta. Et in eclypſi ſecũda fuit addens ſupza nodum caude nouem partes ꝛ.22.minuta. Et fuit elõgatio eius a longitudine longioze ſeptẽtrionis. 80. partes ꝛ.38. minuta. Et illud eſt qõ oportuit nos demonſtrare.

Et quia ſuperfluitas in latitudine que fuit a tpe qõ fuit inter locũ lune in radice vſq; ad tempus mediũ eclypſis ꝑme eſt. 286. partes ꝛ.19. minuta. tunc ſi nos minuerimus has partes ex. 280. partibus ꝛ.34. minutis (que ſunt loci lune in eclypſi ꝑma) poſtq̃ addiderimus ſupz eas reuolutionẽ ỽnã: erit quod reſiduum fuerit: locus reuolutionis latitudinis a longitudine longioze ſeptẽtrionis in ꝑmo anno annoꝝ nabuchodo. in ꝑma die menſis thot: qui eſt ỽnus menſiũ egyptioꝝ: in media die: ſcz 354. partes ꝛ.15. minuta. Et in cõprehenſiõe eoꝝ que erunt ex computatione coniunctionis lune ꝛ impletionis in hoc curſu nõ indigemus diuerſitate ſecũda quã nominauimus: neq; eſt nobis neceſſaria in hoc loco. Et ponã tabulas ſm diuiſionem partium per lineas etiam ſicut deſcripſimus tabulas ſolis. Et aſſumemus in eo proꝑtionẽ. 60. ad. 5. partes ꝛ ad quartaz ptis. Et diuidam quẽadmodũ diuiſimus in ſole. ſ. duas q̃rtas que ſunt a duabus partib⁹ longitudinis longiozis ſm ſex partes ꝛ ſex partes. Et duas q̃rtas que ſunt a duabus partibus longitudinis ꝑquiozis ſm tres partes ꝛ tres ptes: donec fint diuiſiões tabulaꝝ ſimiles eis que ſunt in tabulis ſolis. ſ. q̃dragintaquinq; aree in latitudine in tribus partibus triuz tabulaꝝ. Sed in duabus ꝓmis tabulis erit numerus ptiũ diuerſitatis. In tertia vo tabula erũt poztiones que cõtingunt poztioni cuiuſq; numeroꝝ ex augmẽto ꝛ diminutione. Et erit diminutio in numeratiõe longitudinis ꝛ latitudinis cum fuerit numerus qui aggregat ex diuerſitate loci longitudinis longiozis in ozbe reuoluẽte vſq; ad. 180. partes. Et erit additio cũ fuerit numer⁹ plus. 180. partibus. Et hec eſt tabularum deſcriptio.


Capitulum vndecimum. Q; quantitas diuerſitatis lune non eſt ꝑpter diuerſitatem hoꝝ duoꝝ modozũ: ſed ꝑpter diuerſitatẽ numerationis ꝛ erroꝛis in ſermone Abzachis.

Quãtitas diuerſitatis lune in ſnia Abzachis non eſt ꝑpter diuerſitatem modoꝝ: ſed ꝓpter diuerſitatem reuolutionum. Et poſtq̃ hoc eſt ſm q̃ iam oſtenſum eſt. tunc ſm veritatez inquirimus qua de cauſa in eclypſibus luminaribus quas poſuit Abzachis in inueſtigatione harum diuerſitatum: nõ eſt ꝓpoztio ſimilis ꝑpoztioni quã declarauimus. ꝛ non conuenit ꝑpoztio ꝑma: que iam affirmata eſt per modum ozbis centri egredientis: ꝓpoztioni ſecũde: que eſt per modum ozbis reuoluentis. Uerum in oſtenſione ꝓme ipſe aggregat ꝓpoztionem medietatis diametri ozbis centri egredientis ad lineam que eſt inter duo centra ſcz centrum ipſius ꝛ cẽtrum ozbis ſignoꝝ. que eſt ꝓpoztio triũ miliũ ꝛ centum ꝛ quadragintaquattuoꝝ partium ad trecentas ꝛ vigintiſeptem partes ꝛ duas tertias partis fere. ꝛ ipa eſt ꝓpoztio. 60. ad. 6. partes ꝛ.15. minuta. Et in declaratione ſecun-

Capitulum decimũ De deſcriptione tabularũ diuerſitatis lune ꝓme ſimplicis.

Tabula diuerſitatis lune ꝓme ſimplicis.

Numeri cõmunes.		Additiones ꝛ diuiſiones.		
ꝑma	ſcõa	Tertia		
ptes	ptes	ptes	mñ	
6	354	0	29	
12	348	0	57	
18	342	1	25	
24	336	1	53	
30	330	2	19	
36	324	2	44	
42	318	3	8	
48	312	3	31	
54	306	3	51	
60	300	4	8	
66	294	4	24	
72	288	4	38	
78	282	4	49	
84	276	4	56	
90	270	4	59	
93	267	5	0	
96	264	5	1	
99	261	5	0	
102	258	4	59	
105	255	4	57	
108	252	4	53	
111	249	4	49	
114	246	4	44	
117	243	4	37	
120	240	4	32	
123	237	4	25	
126	234	4	17	
129	231	4	7	
132	228	3	57	
135	225	3	46	
138	222	3	35	
141	219	3	23	
144	216	3	10	
147	213	2	57	
150	210	2	43	
153	207	2	28	
156	204	2	13	
159	201	1	57	
162	198	1	41	
165	195	1	25	
168	192	1	9	
171	189	0	52	
174	186	0	35	
177	183	0	18	
180	180	0	0	



de ipse adunat proportionem linee que progredit a centro orbis signorum ad centrū orbis
reuoluentis ad medietatem diametri orbis reuoluentis: que est proportio 3122. ad. 247.
& medietatem. & ipsa est proportio. 60. ad. 4. partes & 46. minuta fere. Plurimum vo diuer
sitatis qō faciunt pportiones. s. proportio. 60. ad. 6. partes & quartā partis: est quinq; par
tes & 49. minuta. Et proportio. 60. ad. 4 partes & 46. minuta. est quattuor partes & 34. mi
nuta. Sed sm illud qō nos narrauimus: proportio. 60. ad q̄nq; ptes & quartā partis non fa
cit hanc diuersitatem positam nisi quinq; partes propinque. Et iam declaratus est nobis ex
sermone qui est parum ante hoc: q̄ hic error qui accidit: non fuit propter diuersitatem duo
rum modorum: quemadmodum estimāt quidaz hominū. qm̄ totū qō videt in vnoquoq;
eorum: videtur in altero ei equale: non diuersum. Et si nos voluerimus cum declaratione
illius sm sermonem facere ostensionem eius per mensuram & numerationē: inueniemus p
portionem vnam in ambobus modis: cum nos cōsiderauerimus rem vnā ex eis que con
tingunt in eis: & non asperserimus res diuersas: quemadmodum fecit Abzachis. Et iam pos
sibile est: vt cum fuerint eclypses diuerse: sit error aut ppter considerationes ipsas: aut pro
pter numerationem longitudinis temporis. Nos enim inuenimus in illis eclypsibus. s. op
positionum veras cōsiderationes & conuenientes eis que declarauimus de eclypsibus oppo
sitionum sm duos modos per motum medium & motum diuersitatis. Numerationem vo
longitudinis temporis: qua demonstrabuntur proportiones: inuenimus non inuestigatam
fuisse studiose. Et ostendam vnūquodq; horum duor. Et incipiam a tribus eclypsibus pri
mis. Abzachis nāq; dixit: q̄ he tres eclypses sunt ex eis que ad ipsum pertinerunt ex eclyp
sibus que fuerunt in babilonia considerate. & q̄ prima eclypsis earū fuit cū fuit chaisteratis
dōs Athenarum: scz ciuitatis philosophor: in mense Jesdusen. Et dixit q̄ tunc circuli lune
pars parua minuta fuit a parte orientis estualis in medietate hore remanentis et nocte. Et
dixit et q̄ eclypsata est: & postea occultata est. Et fuit hoc tēpus in anno trecentesimo & sera
gesimosexto annorum Nabucho. & (sicut ipse dixit) fuit etiam in vigesimosexto die mensis
thot transacto: cuius mane fuit dies vigesimusseptimus: post mediam noctez per quinq; bo
ras & medietatem hore tempozales. qm̄ non fuit residuuz noctis nisi medietas hore. Et quia
sol fuit tunc in fine sagittarij: in babilonia fuerunt tēpora hore nocturne decem & octo tēpo
ra. & fuit nox q̄tuordecē hore equales & due quinte hore. quinq; ergo hore & medietas hore
tēpozalis fiunt ser hore & tres q̄nte hore equales. fuit ergo p̄ncipium eclypsis post medieta
tez diei iomi vigesimisexti decem & octo horis & tribus quintis hore equalibus. Quia ergo
illud quod eclypsatum est de luna fuit pars parua: oportuit vt sit totuz eclypsis tempus bo
ra & medietas hore fere. Et manifestuz est q̄ tēpus mediū fuit post decē & nouez horas & ter
tiam hore equales. Fuit ergo tempus mediū eclypsis etiaz in alexādria post medietatē diei
iomi vigesimisexti decē & octo horis & medietate hore equalibus. Et fuit tēpus qō fuit a lo
co lune in p̄mo annor Nabucho. vsq; ad hoc tēpus. 365. anni egyptij & 25. dies & 18. ho
re & medietas hore absolute. sed sm veritatē. 18. horе & q̄rta hore. Et inuenimus locū solis in
hoc tpe cum numeraremus p vnūquēq; duor modor (quos posuimus) vigesimāoctauam
partem & decimūoctauuz minutuz sagittarij sm veritatez. Et inuenimus locū lune per motū
mediuz. 24. partes & 20. minuta geminor. & sm veritatē. 28. partes & 17. minuta. qm̄ eius
elongatio fuit in diuersitate a longitudine longiore in orbe reuoluēte. 227. partes & 43. mi
nuta. Et rememoratus est etiaz eclypsis que fuit post illam sm tēpus chaisteratis in ciuitate
athenaz. s. ciuitate p̄hor vigesimoq̄rto die trā sacto mēsis phamenoth: qui est vnus mēsiuz
egyptior. cuius mane fuit dies vigesimusquintus. in qua eclypsata fuit luna a parte orietis
estualis in fine hore prime noctis. Et illud fuit in anno trecētesimo seragesimosexto annor
Nabucho. vigesimoq̄rto die transacto mēsis phamenoth. cuius mane fuit dies vigesimus
quintus ante medietatez noctis quinq; horis & medietate hore tēpozalibus. Et q̄ sol fuit in
fine geminor: fuit hora nocturna in babilonia. 12. tēpora. q̄nq; ergo hore & medietas hore
erūt quattuor hore & due q̄nte hore eq̄les. Ergo p̄ma hora eclypsis fuit post medietatē diei
iomi vigesimiquarti. 7. horis & tribus quintis hore eq̄libus. Et q̄ totuz tēpus eclypsis fuit
tres hore sm q̄ scriptum est. tūc manifestū est: q̄ tēpus mediū fuit post nouez horas & deci
maz hore eq̄les. oportuit ergo vt esset in alexandria post medietatē diei iomin vigesimiq̄rti
octo horis & q̄rta hore fere. Et etiaz erit tempus q̄ō est a loco solis & lune ac si esset in radi
ce vsq; ad hāc horaz trecenti & seragintaquinq; anni & ducēti & tres dies & octo hore & quar
ta hore equales absolute. et sm veritatez septē hore & medietas & tertia hore. Et in hoc tem
pore reperit locus solis verus vigesimap̄ma pars & q̄dragesimūsertū minutuz geminor. Et
repitur locus lune per cursuz medium vigesimatertia pars & quinq̄gesimūoctauum minu
tum sagittarij. et sm veritatez vigesimap̄ma pars et q̄dragesimūoctauuz minutum. qm̄ eius
longitudo fuit in diuersitate a longitudine longiore in orbe reuoluēte. 27. ptes & 37. minu
ta. Et erit q̄ō aggregat ex longitudine tēporis q̄ō fuit inter eclypsim p̄maz & eclypsiz secun
dam. 177. dies & 13. hore & 3. quinte vnius hore equales. Et partes quas perambulauit

ET quia tempus quod est a pmo an norum nabuch. a die pma mensis thuth: a medietate diei ad horā cōside rationis antique dicte est qngēti ꝛ decē et octo āni egyptii: ꝛ centuꝫ ꝛ tri gintatres dies ꝛ ōrta diei. et in hoc tempore superfluūt ex partibus in lō gitudine. 216. partes et. 10. minuta. ꝛ in diuersitate. 147. ptes ꝛ. 15. mi nuta tūc si nos minuerimus has duas superfluitates ex duabus radicib⁹ dictis in cōsideratione: proueniet etiam nobis in illa hora nota in com tudine super. 26. partes ꝛ. 43. minuta capricorni. ꝛ in diuersitate super. 33 partes et. 5. mi nuta a longitudine longiore in orbe reuolutionis eius. ꝛ propter illud idem erit longitu do longior in orbe egredientis centri in. 14 partibus ꝛ. 10. minutis scorpionis. Et iste sunt res quarum intendimus inuentionem.


¶ Capitulum nonum qualiter proueniant cursus veri propter motus reuolubiles secun dum semitas linearum.

ET secūdum istas res easdem decla ratur nobis: qꝫ cū conuertent res: ꝛ fuerint duo arcus duaꝝ reuolutio nū. scz arcus qui est orbis egredientis centri: quē cōprehēdit motus eq lis: ꝛ arcus qui est orbis reuolutiōis dati. tūc iam preparata erit ptra ctio cursuū stellaꝝ fm visum facili studio per semitā linearū. Et illud qꝫ si nos descripserimus formā superficialē: in qua sint orbis egredi tis centri: ꝛ orbis reuolutionis. ꝛ produxerimus in ea duas lineas. r. b. t et. e. b. b. tūc quādo fuerit cursus medius in lōgitudine datus. scz angulus. a. r. b. erit angulus. a. e. b. datus. ꝛ erit angulus. e. b. r. scz angulus. b. b. t. datus in duabus radicibus simul: fm quas opamur: pro pter res ōrū pmisimus narratiōez ꝛ declaratiōez. ꝛ ppter illud ēt erit ppotio linee. b. e. ad li neam que est a centro orbis reuolutionis data Et cū posita fuerit stella verbi gratia super pūctuꝫ. k. orbis reuolutionis ꝛ cōiūcte fuerint linee. e k. et. b k. ꝛ fuerit arcus. t. k. datus pro ducemus sup lineā. e. b. b. a stella k. ppendicularem. k. l producemus a pūcto qđ est super stellā: ꝛ est pūctū k. perpēdicularē super lineā. e. b. b. sicut pduximus hic perpendicularez. k. l. ergo angulus b. b. k totus erit datus. ꝛ ppter illud erit ppotio linee. k. l. ad lineam. l b. ꝛ ad lineā. b. k. ꝛ ad lineā. e. b. data. et illud est manifestum et sequitur ex eo vt sit proportio li nee. e. l. totius ad lineam l k. data. Quꝫ ergo ppter illud cū fuerit angulus l e k. datus: vt p ueniat nobis angulus. a. e. k. totus ēt datus et ipse comprehēdit longitudinem que videl a longitudine longiore stelle.




¶ Caplm decimum in modo faciendi tabulas diuersitatis stellarum.


VT autē non sit nobis necesse in hora omni nūcrare cursus qui vident per semitas linearꝫ mensurabilium: quā uis hoc modo tantū verificet quesitū ex eo. sed fm ipsum operari est dif ficile et plire acceptionis: cū necesse fuerit agere illud qđ est ex co numez ratū ꝛ pparatū ex eo cuius cursus est mensurabilis: studuimus facere ta bulas cuiusq quinq stellarum erraticarū ad facilioris acceptionis potuimus et propinqo ris: preter hoc perscrutationis vehementis ꝛ subtilis: comprehēdētes diuersitates eaꝝ pti



Dictio

culares equatas vt cū positi fuerint nobis motus earū reuolubiles a longitudine lōgioze.scz vnius et vnius earuz:possimus nūerare ex eo facilius cursus earū qui videnť in omni hora. Jam vero firmauimus vnāquāq; baruz tabularū in quadraginta q̄q; areis:q̄rēdo pulcritudinem mēsuratiōis.et in tabulis octo. Que itaq; pme harū tabularū cōprehendūt nūeros cursuū medioz in lōgitudine:sicut factū est in sole z in luna. Sed pma earū ordinata ē.180. ptibus. Quarū pncipiū est ab altitudine circuli ad inferioza eius descēdendo. Et scda earū est ordinata.180.partibus reliquis medietatis circuli:ab inferiozi ascendēdo.ita vt numerus.180.sit positus in duabus tabulis simul in area postrema. Et posuimus supfluitatē inter eas in quindecez q̄dē areis que sunt a superiozi earū senas partes z senas partes.z in triginta areis reliquis que sunt sub eis ternas partes z ternas partes. ppterea q augmēta diuisionū diuersitatū eius qō sequiť longitudinez lōgiozē parū diuersificanť ab inuicē. Eius vero qō sequiť longitudinē ppinqozē:alteratio earū augetur velociter. Tabularū octo duarum que sequunť has duas:tertia earū cōprehēdit augmēta z diminutiōes que sunt sup numeros qui sunt in areis cuiuscq; stellarū medij cursus in longitudine ppter ozbem egredientis cētri maioris egressionis a cētro.eius tñ acceptio est fm rē simpliciē.z sicut si centrū ozbis reuolutionis moueret sup ozbē ipsum egrediētis cētri. Et tabula q̄rta est ea que cōprehendit supfluitatē que aggregat ex additiōibus z diminutiōibus:ppea q centrū ozbis reuolutiōis non sup hūc ozbē cuius pcessit narratio reuoluit:sed sup ozbē aliū. Modus aūt quo inuenit vnaquaq; harū duarū rerū simul z singulariter fm viā linearū:iam leuiter scit per figuras plures quas pmisimus z posuimus in loco alio ab isto. Et qz intēdimus firmare has duas intētiones in libzo:tūc melius igit nobis est vt sciamus banc equationē diuersitatis cōpare ad ozbē signoz visibil'r.et iō posuimus eā in duabus tabulis. Sed tamē cum necesse esset per ipsam opari z agere:cōtenti essemus tabula vna.z est ea que cōprehendit augmētū z diminutionē inuētā in his duabus tabulis. Triū aūt tabularū que sequunť has duas:queq; cōprehēdit augmēta z diminutiōes que sunt ppter ozbē reuolutiōis.z iste ēt sunt accepte fm rem simpliciē z fm q̄ in longitudine longioze z longitudine ppinqoze in vnaq̄q; earū non opamur nisi fm duas lōgitudines a visibus nr̄is.z fm q̄ modus illius in declaratiōe eius ēt iam facilius scitur per figuras q̄s nos pzius posuimus. Et tabula media harū triū tabularū:z est tabula sexta a pma tabula:cōprehēdit augmēta z diminutiōes que aggregant fm lōgitudines medias. Quinta vō cōprehēdit sūmā supfluitatis que est in diuisiōibus silibus illis eisdē inter augmēta z diminutiōes in maiozi lōgitudine z inter ea in longitudine media. Tabula vō septima cōprehēdit sūmā supfluitatis que est inter augmēta z diminutiones in minozi longitudine z iter ea in longitudine media. Nos enim iam demonstrauimus q̄ fm ptes q̄bus linea que est a cētro ozbis reuolutiōis stelle Saturni q̄dē est nāq; melius nūc vt incipiamus a superiozi est sex partes z.30.minuta.et stelle Jouis. 11.partes z.30.minuta.z stelle Martis.39.partes z.30.minuta.et stelle Ueneris.43.ptes z.10.minuta.et stelle Mercurij.22.partes et.30.minuta.est lōgitudo omniū earū media.60 partes.scz longitudo que reperiť per cōparationē ad lineā egredientē a cētro ozbis egrediētis centri deferentē ozbē reuolutionis.z q̄ maioz longitudo earū fm cētrū ozbis signoz in stella quidē Saturni est.63.ptes z.25.minuta.et in stella Jouis est.62.partes z 45.minuta.z in stella Martis.66.partes.et in stella Ueneris.61.partes et.15.minuta.et in stella Mercurij.69.ptes.et qō minoz lōgitudo earū fm illud exemplū in stella Saturni est.56.ptes z.35.minuta.et in stella Jouis.57.ptes z.15.minuta.et in stella Martis.54. ptes.z in stella Ueneris.58.partes z.45.minuta.et in stella Mercurij.55.partes z.34. minuta. Tabulam aūt sequētē eas z est tabula octaua:ordinauimus:quoniā ex ea sumunť partes que pertinēt superfluitatib⁹ quas narrauimus:cū non fuerunt ozbes reuolutionis stellarū in antiqua lōgitudine media a maioze aut minoze.sed cōtingerit vt sint in cursibus qui sunt in eo qō est inter eas. Nō aūt numerauimus ex hac verificatione z firmauim⁹ in tabulis non firmauimus ex eo nisi qō est maius tantū ex additionibus z diminutionib⁹ in vnaquaq; longitudinū que sunt in eo quod est inter ea:quod prouenit per lineas rectas: que producuntur a visibus nostris in eo quod est inter ozbem reuolutionis.non enim iter illud quod pertinet istis superfluitatibus fm diuisiones particulares ozbis reuolutionis: et inter id quod pertinet eis in plurimo quod est ex additionibus z diminutionibus est diuersitas que habeat quātitatem de qua fit curādum. ¶ Et vt augeatur in eo quod narrauimus manifestatio:z sciatur capitulum ipsum in inuentione harū portionum:ponā lineam transeuntem per cētrum ozbis signozum et per centrū ozbis qui comprehendit motum ozbis reuolutionis equalem.sitq; linea.a.b.g.d.z ponam vt cētrum ozbis signozum sit punctum.g.z centrum motus equalis ozbis reuolutionis punctum.b.z protrahabam lineā.b.e.z signabo circa punctum.e.ozbem reuolutionis:super quē sint.r.b.z producam a puncto.g.lineam.g.b.contingentem ipsum.et protrahabam lineam.g.e.z perpendicularem.e.b. Et ponā secūdum viam exempli in vnaquaq; quinq; stellarum:vt centri ozbis reuolutionis longi-





tudo secūdum equalitatem a longitudine longiore in orbe egredientis cētri sit. 30. partes. Dico ergo (vt non reiteremus probationem: et prolongetur eius relatione numeratio: et p pterea q̄ iam fuit ostensum per figuras plures in eo quod precessit in radice: secūdum quā agitur in stella Mercurij: ⁊ in radice secundum quā agitur in reliquis stellis) q̄ angulus. a.b.e. cum fuerit datus: erit proportio linee. g. e. ad lineam que est a centro orbis reuolutionis. sc̄z linea. e. b. data. Et hec proportio proueniet secūdum numerationē in vnaquaq; stellarum quinq; cum positus fuerit angulus. a. b. e. triginta partes: secūdum partes quib⁹ qua tuor anguli recti sunt. 360. partes: in stella quidem Saturni proportio seragintatriū ptiū ⁊ duorum minutorum ad ser partes et triginta minuta. et in stella quidem Jouis proportio seragintaduarum partium ⁊ vigintiser minutorum ad vndecez partes ⁊ triginta minuta. et in stella quidez Martis proportio seragintaquinq; partium ⁊ vigintiq̄tuor minutorum. ad trigintanouem partes et triginta minuta. et in stella Veneris proportio. 61. partū ⁊ ser minutor. ad quadragintatres partes et decē minuta. ⁊ in stella Mercurij proportio seragintaser partium ⁊ trigintaquinq; minutorū ad vigintiduas partes et triginta minuta. Angulus. e. g. b. et est ille qui cōprehendit tunc maius quod est ex augmento ⁊ diminutione propter orbem reuolutionis: proueniet nobis secundum partes quibus quatuor anguli recti sunt. 360. partes. in stella quidem Saturni quinq; partes ⁊. 55. minuta et medietas minuti. ⁊ in stella Jouis decem partes et. 36. minuta et medietas minuti. et in stella Martis. 37. partes ⁊. 9. minuta. et in stella Veneris. 44. partes ⁊. 56. minuta et medietas minuti. ⁊ in stella Mercurij. 19. partes ⁊. 45. minuta. Illud autem quod ex maiori quod est ex additionibus et diminutionibus prouenit: secundum proportiones quas posuimus ante in longitudinibus medijs: secūdum ordinem quo cucurrimus in stellis: vt sit preparatus: est ser partes. ⁊. 13. minuta. et. 11. partes ⁊ tria minuta: et. 41. partes ⁊. 10 minuta. et. 46. partes. et. 22. partes ⁊ duo minuta. Et in maioribus que sunt ex longitudinibus. 5. partes ⁊. 53. minuta. et. 10. ptes et. 34. minuta. et. 36. partes et. 45. minuta. et. 44. partes et. 48. minuta et. 19. partes et duo minuta. Et in minoribus que sunt ex longitudinib⁹ ser ptes et. 36. minuta. et. 11. partes et. 35. minuta et. 47. partes et vnum minutum. et. 47. partes et. 17. minuta. et. 23. partes et. 43. minuta. Est ergo diuersitas inter additiones et diminutiones in longitudinibus medijs: quia inter eas in longitudinib⁹ maioribus. 20. partes et. 29. minuta. et. 4. partes et. 25. minuta. et pars vna et. 12. minuta. et tres partes. Et est diuersitas inter eas in lōgitudinibus medijs et inter eas in longitudinibus minoribus. 23. partes et. 32. minuta. et. 5. partes et. 51. minuta. et pars vna et. 17. minuta. ⁊ pars vna et. 51. minuta. Et quia additionum ⁊ diminutionum que sunt longitudinuz quesitaruz: minores sunt in longitudinibus medijs. ⁊ diuersitas inter eas et inter eas est decem ⁊ septez minutā et medietas. et vigintiser minuta ⁊ medietas. et quatuor partes ⁊ minutum vnum. ⁊ pars vna et tria minuta ⁊ medietas. et due partes et decem ⁊ septem minuta. Et hec sunt ex summis superfluitatis totius quam narrauimus inter longitudines medias ⁊ inter longitudines maiores in stella quidem Saturni. 52. minuta et. 30. secunda. et in stella Jouis. 54. minuta et. 50. secunda. et in stella Martis. 54. minuta ⁊. 34. secunda. ⁊ in stella Veneris. 52. minuta et. 55. secunda. ⁊ in stella Mercurij. 45. minuta ⁊. 40. secunda. Et simile huic est inter longitudines medias ⁊ minores ex superfluitate. Tunc nos firmauimus hec minuta in tabula octaua: in vnaquaq; tabula opposita aree in qua est numerus triginta partium reuolutionis in longitudine. Sed in quibus longitudinibus sunt additiones ⁊ diminutiones plures additionibus ⁊ diminutionibus in longitudinibus medijs: addidimus etiam secundum illud exemplum superfluitatem que est inter eas. scilicet partes ex. 60. Sed nos non fecimus illud nisi quia accepimus summas superfluitatis inter additiones ⁊ diminutiones in eis: et inter additiones ⁊ diminutiones in lōgitudinibus minoribus: non in longitudinibus maioribus: sicut fecimus ante. Et secundum hunc modū in reliq̄s cōprehensionibus siue radicib⁹ nūerauimus minuta que sunt ex sūmis superfluitatis ser partiū ⁊ ser partiū a lōgitudine media. ⁊ posuimus ea opposita numeris quorum sunt. et demonstrauimus rem secundum hoc. ita vt quod acciderit ex diuersitate sit conueniens ei in sensu sicut diximus: quāuis non sint cursus stellarum in ipso maiore qō est ex additionibus ⁊ diminutionibus orbis reuolutionis: sed sint in reliquis partibus. Et hec est descriptio tabularum que sequitur.

¶ Capitulum vndecimum in descriptione tabularum equationis quinq; stellarum erraticarum in longitud.ne.

Dictio

Tabula equationis stellarum quinq; in longitudine.

Equatio Saturni in longitudine.

☿ Nũeri cõmunes.		♄ Additiões z dinutiões i lõgitudine.		♄ Superfluitas additõnũ aut dinutionũ.		♄ Supfluitas additionũ aut dinutiõz i lõgitu die maioze.		♄ Additõnes aut dinutiones in duabus longitudib⁹ medijs.		♄ Supfluitas additiõis aut dinutiõis i lõgitu die minoze.		♄ Diuta supfluitatis additiõz aut diminutionum.	
Dzia.	Scda	Tertia.		Quãta		Quita.		Sexta.		Septia		Octaua	
ptes.	ptes.	p.	m.	p.	m.	p.	m.	p.	m.	p.	m.	m.	Sa.
6	354	0	37	0	2	0	2	0	36	0	2	60	0
12	348	1	18	0	4	0	4	1	11	0	4	58	30
18	342	1	49	0	6	0	5	1	45	0	7	57	0
24	336	2	23	0	8	0	3	2	18	0	9	55	30
30	330	2	19	0	9	0	8	2	50	0	11	52	30
36	324	3	29	0	10	0	10	3	20	0	13	49	30
42	318	3	59	0	11	0	11	3	49	0	15	46	30
48	312	4	28	0	11	0	12	4	47	0	17	43	30
54	306	4	55	0	10	0	14	4	42	0	19	39	0
60	300	5	20	0	9	0	15	5	4	0	20	34	0
66	294	5	42	0	8	0	17	5	25	0	20	30	0
72	288	6	0	0	7	0	18	5	42	0	21	24	0
78	282	6	14	0	5	0	18	5	15	0	21	18	0
84	276	6	24	0	3	0	19	6	5	0	22	12	0
90	270	6	30	0	1	0	19	6	12	0	22	4	30
93	267	6	31	0	0	0	20	6	12	0	23	0	45
96	264	6	32	0	2	0	20	6	13	0	23	2	32
99	261	6	31	0	3	0	20	6	12	0	24	5	11
102	258	6	30	0	4	0	21	6	12	0	24	9	8
105	255	6	27	0	5	0	21	6	9	0	24	11	45
108	252	6	23	0	6	0	21	6	5	0	25	14	21
111	249	6	19	0	7	0	20	6	0	0	25	16	28
114	246	6	14	0	8	0	20	5	15	0	24	19	31
117	243	6	7	0	9	0	19	5	48	0	24	22	11
120	240	5	19	0	10	0	19	5	40	0	23	24	47
123	237	5	30	0	10	0	19	5	31	0	23	27	25
126	234	5	39	0	11	0	18	5	21	0	22	30	0
129	231	5	27	0	11	0	18	5	10	0	22	32	37
132	228	5	14	0	12	0	17	4	18	0	21	35	13
135	225	5	0	0	12	0	17	4	45	0	20	37	50
138	222	4	45	0	12	0	16	4	31	0	19	40	26
141	219	4	29	0	12	0	15	4	16	0	18	43	3
144	216	4	12	0	11	0	14	4	0	0	17	45	39
147	213	3	14	0	12	0	14	3	43	0	15	47	37
150	210	3	35	0	12	0	12	3	25	0	14	49	34
153	207	3	16	0	11	0	11	3	7	0	13	51	32
156	204	2	16	0	10	0	10	2	48	0	12	53	29
159	201	2	35	0	9	0	9	2	29	0	11	54	48
162	198	2	15	0	8	0	7	2	9	0	10	56	6
165	195	1	13	0	7	0	6	1	48	0	8	57	24
168	192	1	31	0	6	0	5	1	27	0	7	58	22
171	189	1	9	0	5	0	5	1	6	0	5	59	21
174	186	0	47	0	3	0	4	0	45	0	4	60	0
177	183	0	24	0	2	0	2	0	28	0	2	60	0
180	180	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	60	0

in Trapezo
Prop 23.

☾ Tabula equationis stellarum quinq̄ in longitudine.

Equatio Iouis in longitudine.

☾ Mueri cōmunes.		♃ Additiões ꝙ dinutiões i lōgitudine.		Superfluitas additōnis aut dinutionis. ☾ Addatur.		♃ Supflu itas additōis aut di nutiōis i lōgitu die ma iore.		♃ Additō aut di nutio i duabus longitu dib⁹ me dys.		Supflu itas ad ditiōis aut dī nutiōis i lōgitu die mi nore.		♃ Diuta supflui tatis ad diti ōis aut di nutōis. ☾ Addi tuat.	
Dria.	Scda	Tertia.		Quāta		Quita.		Sexta.		Septia		Octaua	
ptes.	ptes.	p.	m.	p.	m.	p.	m.	p.	m.	p.	m.	m.	ſa.
6	354	0	30	0	1	0	2	0	18	0	2	60	0
12	348	1	0	0	2	0	5	1	16	0	5	58	18
18	342	1	30	0	3	0	7	2	12	0	7	56	16
24	336	1	18	0	4	0	9	3	48	0	9	56	14
30	330	2	26	0	5	0	11	4	42	0	11	54	50
36	324	2	32	0	6	0	13	5	34	0	13	51	43
42	318	3	16	0	7	0	15	6	25	0	15	47	35
48	312	3	40	0	7	0	17	7	12	0	18	43	27
54	306	4	1	0	7	0	19	7	17	0	20	39	19
60	300	4	20	0	7	0	21	8	17	0	22	32	8
66	294	4	37	0	5	0	23	9	14	0	24	28	48
72	288	4	11	0	4	0	24	9	46	0	26	22	45
78	282	5	2	0	3	0	25	10	13	0	28	17	35
84	276	5	9	0	2	0	26	10	35	0	30	11	23
90	270	5	14	0	1	0	26	10	11	0	31	4	40
93	267	5	15	0	0	0	27	10	17	0	31	1	8
96	264	5	16	0	1	0	27	11	0	0	32	1	12
99	261	5	15	0	1	0	27	11	2	0	32	5	9
102	258	5	14	0	2	0	28	11	3	0	32	8	26
105	255	5	12	0	2	0	28	11	1	0	33	11	43
108	252	5	9	0	3	0	29	10	19	0	33	15	0
111	249	5	5	0	4	0	29	10	13	0	33	17	49
114	246	5	0	0	5	0	30	10	45	0	34	20	37
117	243	4	14	0	5	0	30	10	35	0	34	23	27
120	240	4	47	0	6	0	30	10	24	0	34	26	15
123	237	4	39	0	6	0	29	10	10	0	33	29	30
126	234	4	30	0	7	0	29	9	14	0	33	31	12
129	231	4	20	0	7	0	28	9	36	0	32	34	41
132	228	4	9	0	8	0	28	9	14	0	32	37	30
135	225	3	18	0	8	0	27	8	14	0	31	40	19
138	222	3	46	0	8	0	26	8	30	0	30	43	7
141	219	3	33	0	8	0	25	8	6	0	28	45	28
144	216	3	20	0	7	0	23	7	36	0	26	47	49
147	213	3	6	0	7	0	23	7	6	0	25	49	42
150	210	2	11	0	6	0	21	6	34	0	23	51	34
153	207	2	36	0	6	0	19	6	0	0	21	52	18
156	204	2	20	0	5	0	17	5	24	0	19	54	22
159	201	2	4	0	5	0	15	4	47	0	17	55	47
162	198	1	47	0	4	0	13	4	9	0	15	57	11
165	195	1	30	0	3	0	11	3	29	0	13	57	40
168	192	1	13	0	2	0	9	2	49	0	10	58	8
171	189	0	15	0	2	0	7	2	7	0	8	58	30
174	186	0	37	0	1	0	5	1	25	0	5	59	4
177	183	0	18	0	1	0	3	0	43	0	3	59	32
180	180	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	60	0

Nō in 6ta ta. aps Trapl ſcorp 58

Dictio

Tabula equationis stellarum quinq; in longitudine.

Equatio Martis in longitudine.

Numeri cõmunes.		Additio aut diminutio i longitudine.		Superfluitas additõnis aut diminutionis. Additur.		Superfluitas additõis aut diminutõis i longitudie maioze.		Additõ aut diminutio i duabus longitudib⁹ medijs.		Superfluitas additõis aut diminutõis i longitudie minoze.		Diuisa superfluitatis additõis aut diminutõis. Diminuit.	
Pria.	Scõa	Tertia.		Quãta		Quinta.		Sexta.		Septia		Octaua	
ptes.	ptes.	p.	m.	p.	m.	p.	m.	p.	m.	p.	m.	m.	fa.
6	354	1	5	0	0	0	8	2	21	0	9	59	23
12	348	2	0	0	10	0	16	4	46	0	18	58	15
18	342	2	18	0	15	0	24	7	8	0	28	57	11
24	336	3	16	0	20	0	32	9	30	0	37	56	36
30	330	4	12	0	24	0	45	11	11	0	46	54	34
36	324	5	16	0	27	0	51	14	11	0	16	52	11
42	318	6	39	0	28	1	0	16	29	1	6	49	28
48	312	7	28	0	29	1	5	18	46	1	16	46	17
54	306	8	15	0	28	1	18	21	0	1	28	42	18
60	300	8	17	0	27	1	27	23	13	1	40	38	8
66	294	9	36	0	24	1	37	25	22	1	53	33	26
72	288	10	9	0	20	1	46	27	29	2	6	28	20
78	282	10	38	0	15	2	1	29	32	2	19	22	46
84	276	11	2	0	14	2	14	31	30	2	33	16	33
90	270	11	15	0	4	2	28	33	22	2	15	10	5
93	267	11	24	0	0	2	35	34	15	2	17	6	34
96	264	11	29	0	4	2	42	35	6	3	6	3	3
99	261	11	32	0	8	2	29	35	16	3	15	0	5
102	258	11	32	0	12	2	15	36	43	3	25	3	13
105	255	11	31	0	16	3	4	37	27	3	36	6	11
108	252	11	28	0	19	3	13	38	9	3	47	8	49
111	249	11	22	0	22	3	22	38	48	3	18	11	44
114	246	11	14	0	25	3	32	39	21	4	9	14	37
117	243	11	5	0	28	3	48	39	16	4	21	17	33
120	240	10	13	0	31	3	54	40	43	4	35	20	27
123	237	10	39	0	33	4	5	40	44	4	50	23	35
126	234	10	23	0	35	4	14	40	9	5	5	26	42
129	231	10	4	0	37	4	24	41	50	5	21	29	31
132	228	9	47	0	39	4	35	41	2	5	36	32	20
135	225	9	21	0	40	4	45	41	9	5	15	35	9
138	222	8	15	0	41	4	16	40	45	6	17	37	28
141	219	8	27	0	41	5	7	40	16	6	30	40	35
144	216	7	19	0	41	5	18	39	37	6	13	43	12
147	213	7	27	0	40	5	28	38	40	7	12	45	25
150	210	6	14	0	38	5	34	37	25	7	30	47	39
153	207	6	19	0	36	5	18	35	12	7	45	49	50
156	204	5	41	0	33	5	18	33	23	7	18	52	30
159	201	5	3	0	37	5	34	31	50	8	3	53	47
162	198	4	22	0	27	5	18	28	35	7	18	55	32
165	195	3	41	0	23	4	12	25	3	7	47	56	44
168	192	2	13	0	19	4	12	21	0	7	6	57	15
171	189	2	14	0	15	3	1	16	26	5	49	58	49
174	186	1	30	0	10	2	27	11	15	4	26	59	43
177	183	0	45	0	5	1	16	5	45	2	20	59	12
180	180	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	60	0

Tabula equationis stellarum quinqz in longitudine.

Equatio Veneris in longitudine.

Numeri cōmunes.		♀ Additio aut diminutio in lōgitudine.		♀ Superfluitas additōnis aut diminutionis. Additur.		♀ Supflu itas additōis aut diminutōis i lōgitu die mā iore.		♀ Additō aut diminutio i duabus longitudib⁹ medijs.		♀ Supflu itas additōis aut diminutōis i lōgitu die mi nore.		♀ Diuta supfluitatis additōis aut diminutōis. Cōtinuat.	
Dzia.	Scōa	Tertia.		Quāta.		Quita.		Sexta.		Septia		Octaua	
ptes.	ptes.	p.	m.	p.	m.	p.	m.	p.	m.	p.	m.	m.	sa
6	354	0	14	0	1	0	1	2	31	0	2	59	10
12	348	0	28	0	1	0	3	5	1	0	4	57	15
18	342	0	42	0	1	0	5	7	31	0	6	56	40
24	336	0	56	0	2	0	7	10	30	0	8	55	0
30	330	1	9	0	2	0	9	12	30	0	10	52	55
36	324	1	21	0	2	0	11	14	18	0	12	49	35
42	318	1	32	0	3	0	13	17	25	0	14	45	50
48	312	1	43	0	3	0	15	19	21	0	16	42	5
54	306	1	53	0	3	0	18	22	15	0	18	37	5
60	300	2	1	0	2	0	20	24	38	0	20	31	40
66	294	2	8	0	2	0	22	26	37	0	23	26	55
72	288	2	54	0	2	0	24	29	14	0	25	20	25
78	282	2	58	0	1	0	27	31	27	0	28	17	35
84	276	2	21	0	1	0	29	33	38	0	30	8	20
90	270	2	23	0	1	0	31	35	44	0	33	4	40
93	267	2	23	0	0	0	33	36	40	0	36	1	31
96	264	2	23	0	1	0	35	37	43	0	38	4	42
99	261	2	2	0	1	0	38	38	40	0	40	7	39
102	258	2	21	0	1	0	40	39	35	0	43	10	35
105	255	2	20	0	1	0	42	40	29	0	45	13	32
108	252	2	45	0	1	0	45	41	20	0	47	16	28
111	249	2	16	0	1	0	47	42	9	0	50	19	25
114	246	2	13	0	2	0	49	43	14	0	52	22	21
117	243	2	10	0	2	0	52	44	35	0	55	25	18
120	240	2	6	0	2	0	54	44	12	0	58	28	15
123	237	2	2	0	2	0	57	44	15	1	1	0	0
126	234	1	58	0	2	1	0	45	14	1	4	33	44
129	231	1	54	0	2	1	3	45	36	1	8	36	18
132	228	1	49	0	3	1	6	45	11	1	11	38	50
135	225	1	44	0	3	1	10	45	19	1	14	41	51
138	222	1	39	0	3	1	14	45	17	1	18	43	32
141	219	1	33	0	3	1	19	45	45	1	22	45	44
144	216	1	27	0	2	1	24	45	20	1	27	47	12
147	213	1	21	0	2	1	29	44	40	1	32	49	37
150	210	1	14	0	2	1	33	43	39	1	38	51	23
153	207	1	7	0	2	1	37	42	18	1	43	52	46
156	204	1	0	0	2	1	39	40	28	1	48	54	8
159	201	0	53	0	2	1	41	38	50	1	51	55	18
162	198	0	46	0	1	1	42	35	7	1	52	56	26
165	195	0	39	0	1	1	38	31	24	1	50	57	28
168	192	0	32	0	1	1	31	26	46	1	43	58	26
171	189	0	24	0	1	1	19	21	55	1	27	59	31
174	186	0	16	0	1	0	38	14	41	1	5	59	36
177	183	0	8	0	1	0	31	7	33	0	35	59	48
180	180	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	60	0

Victio


¶ Tabula equationis stellarum quinq; in longitudine.

Equatio Mercurij in longitudine.

¶ Nūeri cōmunes.		Additio aut diminutio i longitudine.		Superfluitas additōnis aut diminutionis. ¶ Addatur.		Supfluitas additōis aut diminutionis i lōgitudie maiore.		Additō aut diminutio i duabus longitudib⁹ medijs.		Supfluitas additōis aut diminutōis i longitudie minore.		Diuisa supfluitatis additōis aut diminutōis. ¶ Minuat.	
Pria.	Scōa	Tertia.		Quāta		Quīta.		Sexta.		Septia		Octaua	
ptes.	ptes.	p.	m.	p.	m.	p.	m.	p.	m.	p.	m.	m.	sa.
6	354	0	58	0	1	0	9	1	38	0	5	59	20
12	348	0	34	0	2	0	19	3	16	0	11	57	20
18	342	0	11	0	4	0	29	4	53	0	17	54	40
24	336	1	4	0	5	0	39	6	29	0	23	50	40
30	330	1	22	0	5	0	49	8	4	0	28	45	40
36	324	1	37	0	4	0	59	9	36	0	34	39	40
42	318	1	11	0	4	1	8	11	6	0	40	33	0
48	312	2	4	0	3	1	18	12	33	0	45	25	40
54	306	2	15	0	1	1	28	13	58	0	50	18	0
60	300	2	25	0	0	1	39	15	58	0	56	10	20
66	294	2	34	0	2	1	49	16	33	1	4	2	20
72	288	2	41	0	4	1	59	17	43	1	11	9	54
78	282	2	46	0	6	2	9	18	47	1	17	20	0
84	276	2	50	0	7	2	19	19	54	1	23	29	44
90	270	2	12	0	9	2	25	20	33	1	29	39	23
93	267	2	12	0	10	2	34	20	54	1	32	43	31
96	264	2	12	0	10	2	39	21	58	1	34	47	34
99	261	2	11	0	11	2	44	21	29	1	38	50	0
102	258	2	50	0	10	2	48	21	42	1	41	52	26
105	255	2	48	0	10	2	13	21	52	1	44	54	52
108	252	2	46	0	10	2	18	21	19	1	47	57	58
111	249	2	44	0	9	3	2	22	2	1	49	58	23
114	246	2	41	0	9	3	4	22	1	1	52	59	28
117	243	2	37	0	9	3	6	21	56	1	55	59	44
120	240	2	33	0	8	3	8	21	47	1	57	60	0
123	237	2	28	0	7	3	9	21	33	1	59	59	44
126	234	2	23	0	7	3	10	21	15	2	0	59	28
129	231	2	18	0	6	3	12	20	13	2	0	58	39
132	228	2	12	0	6	3	12	20	25	2	1	57	50
135	225	2	6	0	5	3	9	19	50	2	1	56	46
138	222	2	0	0	4	3	6	19	10	2	0	55	41
141	219	1	53	0	4	3	2	18	24	2	0	54	3
144	216	1	46	0	3	2	17	17	32	1	58	52	26
147	213	1	38	0	3	2	11	16	35	1	53	50	48
150	210	1	30	0	2	2	42	15	31	1	47	49	11
153	207	1	22	0	2	2	32	14	20	1	41	47	34
156	204	1	53	0	2	2	21	13	3	1	34	45	57
159	201	1	5	0	1	2	9	11	41	1	26	44	36
162	198	0	56	0	1	1	35	10	53	1	17	43	58
165	195	0	47	0	1	1	38	8	40	1	7	42	26
168	192	0	38	0	0	1	59	7	1	0	16	41	37
171	189	0	28	0	0	1	1	5	59	0	43	40	48
174	186	0	59	0	0	0	42	3	35	0	24	40	0
177	183	0	9	0	0	0	21	1	43	0	14	39	44
180	180	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	39	28

¶ Caplm duodecimū in numeratione motus localis stellaꝝ q̄nqꝫ erraticaꝝ in lōgitudine.

CUm ergo voluerimus scire per has tabulas quas fecimus propter motus reuolubiles in longitudine ⁊ in diuersitate cursus qui sunt vnius ⁊ vnius stellarum harꝫ: ponemus numerationem nostram motus localis earꝫ: ⁊ est vna ⁊ eadez in stellis quinqꝫ hoc modo quā narrabo. Aggregabimus ex tabulis motus medij comprehensiones equales que sunt in hora quesita: in qua est illud post reuolutiões integras in longitudine ⁊ in diuersitate. Deinde sciēter ibimus ad partes que sunt inter longitudinem longiorem in illa hora in orbe egredientis cētri: ⁊ inter cursuz medium in longitudine prius: et mittemus eas in tabulas diuersitatis que est illius stelle que intēditur. et qō fuerit cora illo numero in tabula tertia ex eqtione in lōgitudine cū additiõe ⁊ diminutione minutoꝝ que comprehenduntur in tabula qrta cōsiderabimus. Tunc si fuerit longitudo quam posuimus diuersitatis in tabula prima: minuemus illud ex partibus longitudinis: ⁊ addemus ipsum super partes diuersitatis. Q; si fuerit in tabula secunda: addemus illud super partes longitudinis: ⁊ minuemus ipsum ex partibus diuersitatis: vt proueniant nobis duo cursus equari. Postea tendemus scienter ad numerū equatū ex longitudine longiore diuersitatis: ⁊ mittemus etiam ipsuz in duas tabulas primas. ⁊ qō fuerit coram ipso ex additione aut diminutiõe in tabula sexta: que est lōgitudinis medie: finabimus. Et similiter etiam tēdemus ad numez longitudinis equalis quem premisimus cū quo intrauim⁹ in principio: ⁊ mittemus ipsuz in has duas tabulas easdem. Qō si nos inuenerimus ipsum in arcis primis: que sunt magis elongate a lōgitudine media: ⁊ illud manifestum est ex minutis que sunt in tabula octaua: considerabimus quod erit coraz ipso extremitatis in eadem tabula octaua. Quotcūqꝫ enim fuerint: accipiemus secūdum quātitatem numerationis eozum ex superfluitate que est coram in area in qua est additio aut diminutio media: que accepta fuit ⁊ firmata in tabula quinta: que est longitudinis maioris. Qō ergo prouenerit: minuemus ex eo quod accepimus ⁊ firmauimus. Qō si inuenerimus numerū longitudinis quē diximus in arcis inferiozibus: que sunt propinquiozes longitudini medie: considerabimus quid erit coram ipso secūdum illud exemplū ex minutis in tabula octaua. et qō fuerit accipiemus secūdum quātitatem numerationis eozum ex superfluitate que est coram additione ⁊ diminutione media: que accipitur et firmatur in tabula septima: que est minoris longitudinis: ⁊ quod prouenerit addemus ipsum super illud quod accepimus ⁊ firmauimus. et q; aggregatur ex partibus additionis aut diminutionis equatis cōsiderabimus. Tunc si nos inuenerimus numerū diuersitatis equate in tabula prima: addemus illud super partes longitudinis equate. q; si inuenerimus ipsum in tabula secunda: minuemus ipsum ex eis. Quod ergo aggregabitur ex nūero partium proiciemus ⁊ incipiemus a longitudine longiore stelle in illa hora. peruenietmus enim ad locum eius super quem videtur orbis signorum.



Expleta est dictio Undecia Libri Almagesti Ptolemei Pheludiensis.


CL. Ptolemei Pheludiensis Dictio duodecima Libri Almagesti Nouem capitulis constans fauste prodit.

¶ Capitulum primum In eo q; necessario est premittēdi ad sciendam precessionē stellaꝝ
¶ Capitulum secūdum In declaratione precessionis Saturni.
¶ Capitulum tertium In declaratione precessionis Iouis.
¶ Capitulum ārtū In ostensione precessionis Martis.
¶ Capitulum qrtū In declaratione precessionis Veneris.
¶ Capitulum sextuz In declaratione precessionis Mercurij.
¶ Capitulum septimū In demonstratione faciendi tabulas stationum.
¶ Capitulum octauū In positione tabularum stationum.
¶ Capitulum nonum In declaratione longitudinum maioꝝ a sole Veneris ⁊ Mercurij.


¶ Capitulum primū In eo quod necessario premittendum est ad sciendam antecessionē siue precessionem stellarum quinq; erraticarum.




Ostquaz demonstrate sunt iste res: tunc iam sequitur eas etiam cōsideratio in eo quod est cuiusq; stellaz quinq; erraticarum: ex pmissione minoze eius z maioze: z elenatione probatiōis secūdum q; quātitates illius cū radicibus quas narraui sint cōuenientes fm vltimū quod est possibile ex illo ei quod reperitur ex eo per considerationes. Et iaz premiserunt z declarauerūt in hac parte doctrine plures scientiū disciplinaliū: z Appollonius: qui fuit ex habitatoribus Pargamis: q; diuersitas est vna: z est ea que est ꝓpter solem. Quoniā si illud est cum radice in' qua agitur fm orbem reuolutionis: ita vt orbis reuolutionis sit cursus in longitudine ad successionem signoz super circulum cuius centrum est conueniens centro orbis signozum: z stelle cursus sit in diuersitate cum est in arcu longitudinis longioris secundum successionem signozum super orbem reuolutionis eius circa centrum eius. Tunc cum transierit linea aliqua recta a visibus nostris secans orbem reuolutionis: ita vt sit proportio medietatis sectionis que separatur ex ea in orbe reuolutionis ad lineam que est inter visus nostros z inter lineam orbis reuolutionis que est super portionem in qua est longitudo propinquioz: sicut proportio velocitatis orbis reuolutionis ad velocitatem stelle. erit punctū quod proueniet a stella que est secūdum hunc modū in arcu longitudinis propinquoris in orbe reuolutionis determinans quod est inter id quod est stelle ex posterioritate z inter id quod est eius ex precessione. ita vt stellam cū sit super illud punctū videamus stantez. Et si fuerit diuersitas que est propter solem necessaria etiam ꝓpter radicem in qua agitur scōm orbem egredientis centri: z illud non est possibile vt sit nisi in stellis tribus tantū: que elongantur a sole longitudine tota: vt centrū orbis egredientis cētri moueatur circa centrū orbis signorum ad successionem signozū motu equali in velocitate motui solis. z stella moueatur secūdum orbem egredientis centri super centrū suum ad conuersionem signozū velocitate eq̄li transitui eius in diuersitate. etiam progrediatur linea in orbe egredientis centri transiēs super centrum orbis signozū. scilicet super visum: donec sit proportio medietatis linee totius ad minozem duaru sectionū eius que sunt super visum: sicut proportio velocitatis orbis egredientis centri ad velocitatem stelle: tunc stella cū sit super illud punctuz super quod diuidit linea recta arcū longitudinis propinquioris orbis egredientis centri: videbiꝫ ea stantem. ¶ Et nos etiam sumus demonstrātes hanc intentionē non minus q̄ illi demōstrauerunt: breuioꝛi via: z facilioꝛi acceptione. z ponentes declarationez cōmunē permittā in duabus radicibus simul vt significemus per illud eaz conuenientiā z earū similitudinē in istis ꝓpositionibus etiam. Sit itaq; orbis reuolutiōis super quem sint. a.b.g.d. circa centrum. e. et sit eius diametr⁹. a.e.g. z producatur vsq; ad punctum. r. z est centrū orbis signorum. scz visus. et secentur a duobus lateribus puncti. g. z est lōgitudo propinquioz: duo arcus equales: sintq; g.b. et. g.t. et protrahantur a pūcto. r. ad duo puncta. b. et. t. due linee. r.b. b.et. r.t. d. z applicentur due linee. d.b. et. b.t. sese secantes super pūctum. k. z manifestuz est q̄ hoc pūctum cadit super lineam. a.g. Dico igitur primum q̄ proportio linee. a.r. ad lineaz. r.g. est sicut proportio linee. a.k. ad lineam. k.g. Et contingam lineam. a.d. z lineam. d.g. z protrabam super pūctum. g. lineam. l.m. equidistantē linee. a.d. z manifestum est q̄ ipsa est ortogonaliter super lineam. d.g. propterea q̄ angulus. a.d.g etiam est rectus. Et quia angulus. g.d.b. est equalis angulo. g.d.t. erit linea. g.l equalis linee. g.m. ergo ꝓportio linee. a.d. ad vnāquāq; earum erit vna. Proportio autē linee. a.d. ad lineam. g.m. est sicut proportio linee. a.r. ad lineam. r.g. z proportio linee. a.d. ad lineam. g.l. est sicut proportio linee. a.k. ad lineam. k.g. ergo proportio linee. a.r. ad lineam. r.g. est sicut proportio linee. a.k. ad lineam. k.g. Si nos ergo imaginemur orbem reuolutionis: supra quē sint. a.b.g.d. in radice in qua agitur scōm orbem egredientis centri ipsum. sit punctum. k. cētrum orbis signoruz. et diuiditur diametr⁹. a.g. secūdum hanc eandem proportionem que reperitur in radice in qua agitur scōm orbem reuolutionis. quoniā iam ostendimus: q̄ proportio linee. a.r. in orbe reuolutionis: z est longius quod est longitudinis ad lineam. r.g. et est propinquius qō est lōgitudinis. est sicut proportio linee. a.k. in orbe egredientis centri: z est longius qō est longitudinis: ad lineam. k g. z est propinquius qō est lōgitudinis. Et dico etiam q̄ proportio linee. d.r. ad lineam. r.t. est sicut ꝓportio linee. b.k. ad lineam. k.t. Producatur enim in forma huic simili linea. b.d. et manifestum est q̄ ipsa est ortogonaliter super diametrū. a.g.





ꝛ protrahatur a pũcto.t.linea.f.t.equidistans ei.ꝛ quia linea.b.n.est equalis linee.n.d.tunc proportio cuiuscꝫ earũ ad lineam.f.t.est proportio vna.sed proportio linee.n.d.ad lineam. f.t.est sicut proportio linee.d.r.ad lineam.r.t.ꝛ proportio linee.b.n.ad lincam.f.t.est sicut proportio linee.b.k.ad lineam.k.t.ergo ꝑportio linee.d.r.ad lineam.r.t.est sicut proportio linee.b.k.ad lineam.k.t.ergo secũdum cõpositionem erit proportio duarum linearũ.d.r.et.r. t.ad lineam.r.t.sicut proportio linee.b.t.ad lineam.t.k. Et scõm diuisionem cũ producẽtur due perpendiculares.e.f.et.e.q.erit proportio linee.q.r.ad lineam.r.t.sicut proportio linee. f.t.ad lineam.t.k.et secũdum diuisionem erit proportio linee.q.t.ad lineam.r.t.sicut proportio linee.f.k.ad lineam.k.t. Si ergo fuerit in radice in qua agitur scõm orbem reuolutiõis: linee.r.d.iam protractione ꝑducta: cum qua sit proportio linee.q.t.ad lineam.r.t.sicut proportio velocitatis orbis reuolutionis ad velocitatem stelle.tunc in radice in qua agitur secũdum orbem egredientis centri: erit proportio linee.f.k.ad lineã.k.t.illa proportio eadẽ. Causa autem quare non sit hic etiam in statione stellarũ hec proportio diuisa.scz ꝑportio linee.f.k.ad lineam.k.t.imo non sit nisi proportio non diuisa: scz ꝑportio linee.f.t.ad lineaz. k.t.est q̃ proportio velocitatis orbis reuolutionis ad velocitatez stelle: est ꝑportio cursus in longitudine solum ad cursum diuersitatis. Proportio aũt velocitatis orbis egredientis centri ad stelle velocitatez: est sicut proportio cursus solis medij.scz cursus stelle in longitudine:ꝛ cursus eius in diuersitate cũ aggregantur simul: ad cursum diuersitatis. Et ꝓpter illud in stella Martis: verbi gratia.proportio quidez velocitatis orbis reuolutionis ad velocitatem stelle: est proportio quadraginta duaꝝ partium fere ad triginta septẽ partes. Proportionis nãq; cursus in longitudine ad proportiõez diuersitatis iaz ostẽdimus q̃ hec est sũma fere.ꝛ propter hoc erit proportio linee.q.t.ad lineam.r.t.hec ꝑportio. Sed proportio velocitatis orbis egredientis centri ad velocitatem stelle: est ꝑportio.79.partiũ aggregatarum ad.3 7.partes.scz per compositionẽ fere proportio linee.f.t.ad lineam.t.k.quoniam ꝑportio que est scõm diuisionem:ꝛ est proportio linee.f.k.ad lineaz.k.t.est sicut proportio linee.q.t.ad lineam.t.r.scz sicut proportio quadraginta duarũ partiũ ad triginta septez ptes. Sit itaq; hec sũma que precessit:ꝛ quã sciuimus ex istis rebus.



Iam vero remansit apud nos: vt declaremus q̃ he due linee recte que se secant secũdũ hanc proportionez cũ protrahuntur in vnaquaq; duarũ radicũ erũt duo puncta.b.et.t.terminantia duo loca que nos faciunt imaginari stationez in eis. Et oportet necessario vt sit arcus.b.g.t.arcus antecessionis.et arcus alius reliquus arcus posteriozitatis ꝛ tarditatis. Apollonius nãq; premisit ad hoc antecedens ei preparatum scõm hunc modũ ꝛ est: quia si separetur in triangulo.a.b.g.ꝛ latus.b.g.iam positum fit longius latere.a.g.ꝛ linea.g.d.non minor linea.a.g.erit ꝑportio linee.g.d.ad lineã. d.b.maioꝛ proportione anguli.a.b.g.ad angulum.a.g.b. Et demonstrauit illud scõm hũc modum. Inquit cõpleatur superficies.a.d.g.e.equidistantium laterum.ꝛ ꝓducãtur due linee.a.b.et.g.e.secũdũ rectitudinem.ꝛ cõcurrant super pũctuz.r.ꝛ quia linea.a.e.non est minoꝛ linea.a.g.tunc circulus qui describitur supra centrũ.a.ꝛ cum longitudine.a.e.aut est vt transeat per duo puncta.g.et.e.aut vt transeat vltra pũctum.g. Signetur igitur trãsiens per punctum.g.sitq; circulus.g.e.b.et quia triangulus.a.e.r.est maioꝛ sectoꝛe.a.e.b.ꝛ triangulus.a.e.g.est minoꝛ sectoꝛe.a.e.g.tunc proportio trianguli.a.e.r.ad triangulum.a.e.g.est maioꝛ proportione sectoris.a.e.b.ad sectoꝛem.a.e.g.sed ꝑportio sectoris.a.e.b.ad sectoꝛez.a.e. g.est sicut proportio anguli.e.a.r.ad angulum.e.a.g.ꝛ proportio trianguli.a.e.r.ad triangulum.a.e.g.est sicut proportio basis.r.e.ad basim.e.g.ergo ꝑportio linee.r.e.ad lineam.e.g. est maioꝛ proportiõe anguli.r.a.e.ad angulum.e.a.g.sed proportio linee.r.e.ad lineaz.e.g. est sicut ꝑportio linee.g.d.ad lineaz.d.b.ꝛ angulus.e.a.b.est equalis angulo.a.b.g.ꝛ angulus.e.a.g.est equalis angulo.b.g.a.ergo proportio linee.g.d.ad lineam.d.b.est maioꝛ proportione anguli.a.b.g.ad angulũ.a.g.b. Et manifestũ est q̃ proportio altera est maioꝛ quãdo nõ ponit linea.g.d.scz linea.a.e.equalis linee.a.g.sed ponitur maioꝛ ea. Et postq̃ scitur illud: sit circulus.a.b.g.d.orbis reuolutionis circa centrũ.e.sitq; eius diametr⁹.a.e.g.et ꝓducatur scõm rectitudinẽ vsq; ad punctum.r.et est visus: protractiõe cũ qua sit proportio linee.e.g.ad lineam.g.r.maioꝛ proportione velocitatis orbis reuolutionis ad velocitatem stelle. Iam igitur possibile est si sunt due linee.r.g.et.e.g.sicut diximus: vt ꝓducatur linea.r.b.b.donec sit proportio medietatis linee.b.b.ad lineam.r.b.sicut proportio velocitatis orbis reuolutionis ad velocitatem stelle. Et si nos propter illud cuius precessit ostẽsio separauerimus arcũ.a.d.equalem arcui.a.b.ꝛ ꝓduxerimus lineam.d.t.b.ꝛ imaginati fuerimus pũctum.t.in radice in qua agitur.scõm orbem egredientis cẽtri pũctum visus.ꝛ fuerit proportio medietatis linee.d.b.ad lineam.t.b.sicut ꝑportio velocitatis orbis egredientis centri ad velocitatem stelle. Dico igitur nunc: q̃ quãdo stella fuerit super punctũ.b.in ambabus radicibus: imaginabit nobis stans ꝛ q̃ arcus qui separatur a duabus partibus puncti.b.scõm quãcũq; quãtitatem fuerit si fuerit ab ea parte que sequitur lõgitudinẽ lõ-









giozem:inuenietur arcus posteriozitatis.z si fuerit ab eo quod sequit longitudinem ppin quiozem inuenietur arcus antecessionis. Diuidatur igitur ab ea parte que sequitur longitudinem longiozem prius arcus quocūq; modo cōtingat:sitq; arcus.k.b.z protrahā duas lineas r.k.l.et.k.t.m.z applicetur linea.b.k.z linea.d.k. z etiam linea.e.k.et linea.e.b. Et quia in triangulo.b.k.r.linea.b.b.est maioz linea.b.k.tunc ppoztio linee.b.b.ad lineā.b.r.est maioz ppoztione anguli.b.r.k.ad angulum.b.b.k. Quapzopter erit ppoztio medietatis linee.b.b.ad lineam.b.r.maioz ppoztiōe anguli.b.r.k.ad duplū anguli.k.b.b.scz angulum.k.e.b.sed ppoztio medietatis linee.b. b.ad lineam.b.r.est sicut ppoztio velocitatis ozbis reuolutiōis ad velocitatem stelle.ergo ppoztio anguli.b.r.l.ad angulz.k.e.b.est minoz ppoztione velocitatis ozbis reuolutionis ad velocitatem stelle.angulus ergo cuius ppoztio ad angulum.k.e.b.est sicut ppoztio velocitatis ozbis reuolutionis ad velocitatē stelle est maioz angulo.b.r.k.sit igitur angulus.b.r.n.z quia tempoi in quo percurrit stella arcum.k.b.ozbis reuolutionis:in tēpoze simili iam mouetur centruz ozbis reuolutionis ad contrarium illius partis cursu equali longitudini que est inter lineam.r.b.z inter lineā. r.n.tunc manifestum est:q; in tēpoze simili illi tempoi arcus.k.b.ozbis reuolutionis iam mouit stellam anteriꝰ in angulo apud visum nostrū:z est angulus.b.r.k. minoze angulo in quo mouit ipsam ozbis reuolutiōis ipse ad cōtrariū.scz angulo.b.r.n.ita vt sit stella iam posteriozata secūdum angulū.k.r.n. Et scōm hoc exemplum conuenit nobis vt cōsideremꝰ in radice in qua agitur fm ozbem cētri egredientis. Dico ergo quia ppoztio linee.b.b.ad lineam.r.b.est maioz ppoztiōe anguli.b.r.l.ad angulum.b.b.k.tunc secūduz cōpositione erit ppoztio linee.b.r.ad lineam.r.b.maioz proportione anguli.b.k.l.extrinseci a triangulo ad triāgulum.b.b.k.ppoztio aūt linee.b.r.ad lineam.r.b.est sicut ppoztio linee.d.t.ad lineam.b.t.z angulus.b.k.l.est equalis angulo.d.k.m.z angulus.b.b.k.est equalis angulo. b.d.k.ergo ppoztio linee.d.t.ad lineam.t.b.est maioz ppoztione anguli.d.k.m.ad angulum. b.d.k. Quapzopter fm compositionē erit ppoztio linee.d.b.ad lineam.b.t.maioz proportione anguli.b.t. k.extrinseci a triangulo.d.t.k.ad angulum.b.d.k.scōm diuisionem igitur erit ppoztio medietatis linee.d.b.ad lineam.b.t.maioz ppoztione anguli.b.t.k.ad duplum anguli.b.d.k.scz angulū.b.e.k. ppoztio vero medietatis linee.d.b.ad lineaz.b.t.est sicut ppoztio velocitatis ozbis egredientis centri ad velocitatem stelle.ergo ppoztio anguli. b.t.k. ad angulū.b.e.k.est minoz proportione velocitatis ozbis egredientis centri ad velocitatem stelle.angulus igitur cuius ppoztio ad angulum.b.e.k.est sicut ppoztio velocitatis ozbis egredientis centri ad velocitatem stelle:est maioz angulo.b.t.k.sit igitur etiaz angulus.b.t.n.z quia in tempoze equali percurrit stella ipsa arcuz.k.b.z mouetur anteriꝰ angulo.k.t.b.z mouet eam ozbis egredientis centri per motum suū in seipso ad successiōez signozum angulo.b.t.n.z est maioz angulo.k.t..b.tunc manifestū est q; hoc modo etiā videtur stella posteriozata angulo.k.t.n. Et his autem que cū hic facilius faciunt scire illud est:q; iste res eedem demonstrabunt cōtrarium illius:si nos posuerimus in forma simili huic ppoztionem medietatis linee.l.k.ad lineam.k.r.sicut ppoztionē velocitatis ozbis reuolutionis ad velocitatem stelle:donec sit etiam ppoztio medietatis linee.k.m.ad lineam.k.t. sicut ppoztio velocitatis ozbis egredientis centri ad velocitatem ozbis reuolutionis.z imaginati fuerimus arcum.k.b.iam separatū ab ea parte que sequit longitudinem propinquiozē a linea.l.r. Cū ergo pducta fuerit linea.l.b.z prouenerit triāgulus.l.r.b. z fuerit posita in eo linea.k.r.longioz linea.b.r.fiet ppoztio linee.l.k.ad lineā.k.r.minoz ppoztiōe anguli.b.r.l.ad angulum.b.l.k. Quapzopter erit etiā ppoztio medietatis linee. l.k.ad lineam k.r.minoz ppoztione anguli b.r.k.ad duplum anguli.b.l.k.scz angulū.k.e.b. z econuerso cius quod declarauimus etiā pueniet secūdum illas res eadem contrarium illius:z est:vt anguli.k.e.b.ppoztio ad angulum.b.r.k.sit minoz proportione velocitatis stelle ad velocitatem ozbis reuolutiōis z ppoztio quidē eius ad angulum.b.e.k.sit minoz proportione velocitatis stelle ad velocitatem ozbis egredientis cētri:donec sit angulus cuius ppoztio ad hunc angulū est equalis huic ppoztioni maioz angulo.k.e.b.z vt sit ēt motus antecessionis maioz motu posteriozitatis. Et manifestum est q; in lōgitudinibus in q̄bus est ppoztio linee.e.g.ad lineam.g.r.non maioz ppoztiōe velocitatis ozbis reuolutionis ad velocitatem stelle:nō est possibile si fuerit linea.a.g.r.recta in proportiōe huic simili vt videatur stella stans neq; precedens. Et illud est quia ppterea q; iam fuit posita in triāgulo.e.k.r.linea.e.g.nō minoz linea.e.k.tunc ppoztio anguli.g.r.k.ad angulum.g.e.k. erit minoz proportione linee.e.g.ad lineam.g.r.sed ppoztio linee.e.g.ad lineam.g.r.non est maioz ppoztione velocitatis ozbis reuolutionis ad velocitatē stelle.ergo ppoztio anguli.g.r.k.ad angulum.g.e.k.est minoz ppoztione velocitatis ozbis reuolutionis ad velocitatem stelle. Quapzopter q; nos iaz ostēdimus q; vbicūq; cōuenerit illud q; stella videtur posterioz.tunc nos vō inuenimus ozbis reuolutionis neq; ozbis egredientis centri arcum omnino:in quo videatur antecedens.


Capitulum scom in declaratione anteceſſionis Saturni.

Et quia illud eſt ita tunc nos modo narrabimus numerationē anteceſſionis in vna z in vna ſtellarum ſm q̄ ſequitur ex radicibus que firmate ſunt. Et incipiemus in hoc a Saturno ſm hunc modum. Sit itaq̄ circulus qui reuoluit centruz ozbis reuolutionis: ſupza quē ſint. a. b. circa diametrum. a. g. b. z ponaz ſupza ipſam centrum ozbis ſignozum. ſcz viſum ſuper pūctū. g. z ſignabo circa centrum. a. ozbem reuolutionis: ſupza quē ſint. d. e. r. b. z producam lineam. g. r. e. protractione cū qua fit cum ptraberetur ſuper ipſam perpendicularis. a. t. ꝓpoꝛtio medietatis linee. e. r. z eſt linea. r. t. ad lineam. g. r. ſicut ꝓpoꝛtio velocitatis ozbis reuolutionis ad velocitatem ſtelle. Et ponam ꝓzimum vt ozbis reuolutionis ſit poſitus in lōgitudine media: donec ſint duo motus eius ipſimet quos volo motum in loco: z quod eſt ꝓpinquū ei. ita vt inter viſionem eoꝝ z inter illud quod eſt ſm ozbem ſignozum: non ſit plurima diuerſitas. quoniā motus eius hic in curſibus eius mediis duobus reuolubilibus in longitudine z diuerſitate ſunt ipſimet ſm ꝓpinquitatem duo motus eius qui videntur ſcōz centrū ozbis ſignozū. Et quia in ſtella Saturni ſecūdum partes quibus linea. g. a. z eſt linea longitudinis medie: eſt. 60. partes: iam oſtēſum eſt q̄ linea. a. d. z eſt ea que eſt a centro ozbis reuolutionis: eſt. 6. partes z medietas partis: donec ſit linea. g. d. tota. 66. partes z. 30. minuta. z eſt linea. g. b. reliqua ſecūdum iſtas partes. 53. partes z. 30. minuta. gonia quā continent. 3557. partes z. 45. minuta. ſed ſuperficies ozto gonia quā cōtinent due linee. d. g. et. g. b. eſt equalis ei quā continent due linee. e. g. et. g. r. tunc ꝓueniet nobis etiam ſuperficies quā cōtinent due linee. e. g. et. g. r. 3557. partes z. 45. minuta. Et etiā ꝓpterea q̄ ſecundum q̄ ſequit curſus medios ſecūdū partes quibus velocitas ozbis reuolutionis eſt vnū. ſcz linea. r. t. eſt velocitas ſtelle. ſcz linea. r. g. 28. partes z. 25. minuta z. 46. ſecūda. et ſuperficies quā cōtinent due linee. e. g. et. g. r. ſcōz iſtas partes eſt. 865. partes z. 5. minuta z. 32. ſecūda. Tunc ſi nos diuiſerimus per numerū. 865. partiuz z. 5. minutoꝝ et. 32. ſecūdoꝝ tria milia z quingentas et quinquaginta ſeptē partes z. 45. minuta. z eius q̄ oꝛ nerit er diuiſione: z eſt quatuoꝛ partes z ſex minuta z. 45. ſecūda acceperimus latus: z eſt vnum: ſm ſeipſum: z in numerū linee. r. g. z eſt. 28. partes z. 25. minuta z. 46. ſecūda: ꝓueniet nobis linea. t. r. etiam due partes z minutū vnuz z. 40. ſecūda ſm partes quibus linea. s. r. eſt ſex partes z. 30. minuta. z linea. a. g. eſt. 60. partes. z ꝓueniet linea. g. r. ſcōm iſtas partes. 57. partes z. 38. minuta z. 55. ſecūda. Et quia cū ꝓtrabitur linea. a. r. tunc ſecūdū partes quibus linea. a. r. eſt ſex partes z. 30. minuta: eſt linea. r. t. due partes z minutū vnuz z. 40. ſecūda. et ſcōm partes quibus linea. a. r. eſt. 120. partes: eſt linea. t. r. 37. partes z. 26. minuta z. 9. ſecūda. erit etiam arcus qui eſt ſuper lineā. t. r. 36. partes z. 21. minutū z. 15. ſecūda: ſm partes quibus circulus qui deſcribitur circa triangulum. a. r. t. oꝛtogonium eſt. 360. partes. z erit angulus. r. a. t. ſecūdum partes quibus duo anguli recti ſunt. 360. ptes. 36. partes z. 21. minutum z. 15. ſecūda. z ſecūdū partes quibꝰ quatuoꝛ anguli recti ſunt. 360. partes. 18. partes z. 10. minuta et. 38. ſecūda fere. Et etiā quia ſecūdū partes quibꝰ chorda. g. a. eſt. 60. partes: linea. g. r. t. tota ꝓuenit. 59. partes z. 40. minuta z. 35. ſecūda. et ſcōm partes quibus chorda. g. a. eſt. 120. partes: eſt linea. g. r. t. 119. partes z. 21. minutum z. 10. ſcōa. erit arcus etiā qui eſt ſuper lineam. g. t. 168. ptes z. 5. minuta z. 39. ſecunda: ſcōm partes quibus circulus qui deſcribitur circa triangulū. a. g. t. oꝛtogoniū eſt. 360. partes. z erit angulus. b. a. t. ſcōm partes quibus duo anguli recti ſunt. 360. partes. 168. partes z. 5. minuta z. 39. ſecūda. et ſcōm partes quibus quatuoꝛ anguli recti ſunt. 360. partes. 84. partes z duo minuta z. 50. ſecūda fere. z ꝓpter illud ꝓueniet nobis angulus. a. g. t. partes reliqe ad complēdum angulū rectum z ſunt quinq̄ ptes z. 57. minuta z. 10. ſecūda. z angulus. r. a. b. partes reliqe poſt angulū. r. a. t. et ſunt. 65. partes z. 52. minuta z. 12. ſecūda. Si ergo ſtella in ſtatione ꝓzima fuit viſa ſuper lineam. r. g. z viſa in habitudine que nominatur extremitas noctis ſuper lineam. g. b. tunc manifeſtum eſt: q̄ ſi centrū oꝛbis reuolutiōis non moueꝛet ſecūdum aliq̄d ad ſucceſſionem ſignoꝝ: partes arcus. r. b. ei?: et ſunt. 65. partes z. 52. minuta z. 12. ſecūda: cōꝓzehenderent ex anteceſſione partes angu li. a g. r. z ſunt quinq̄ partes z. 57. minuta z. 10. ſecūda. Sed ꝓterea q̄ in hac ꝓpoꝛtiōe poſita: que eſt velocitas oꝛbis reuolutionis: ad velocitatem ſtelle iam cōꝓzehenderūt etiaz partes que poſite ſunt diuerſitati: z ſunt. 65. partes z. 52. minuta z. 12. ſecūda partes lōgitudinis: z ſunt due partes et. 19. minuta fere. ꝓueniet nobis anteceſſio quidē que eſt ab vna duaꝝ hoꝛaꝝ ad habitudinē que nominaꝰ extremitas noctis: partes reliqe: z ſunt tres partes z. 38. minuta z. 10. ſecūda. et ex diebus. 69. dies. z ſunt dies in quibus fere mouetur hec ſtella duabus partibus z. 19. minutis reuolutiōis in lōgitudie. z anteceſſio quidē










dem tota erit septem partes ℞.16.minuta ℞.20.secūda.℞ ex diebus.138.dies.


